(1) *Vita a. Iocelino,* n. 21, *Act. SS.,* t. c., p. 545. Sur cette relique voir Healy, *The Life und Writings of St. Patrick* (Dublin, 1905), p. 633-36. — (2) L'archevêque d'Armagh Nicolas Fleming, à qui est adressée une lettre du pape Jean XXIII du 3 mars 1413 : A. Theiner, *Vetera monumenta Hibernorum et Scotorum historiam illustrantia* (Romae, 1864), p. 369. Il fut consacré le 1er mai 1404 et mourut en juin 1416. J. Stuart, *Historical memoirs of the city of Armagh* (Newry, 1819), p. 195. — (3) Sigismond venait d'épouser Barbe de Cilly. Eb. Windeckes *Denkwürdigkeiten zur Geschichte Kaiser Sigmunds,* c. XIX. Cf. G. Pray, *Annales*

Ratholdi de Pastoth, magister dapiferorum et supremus dispensator, ex generosa sanguinis propagine de senioribus regnorum nostrorum baronibus exortus et in nostra aula regia a puericia sue etatis nutritus et cognitus innumerisque prosperis successibus et aduersis fidelis inuentus et constans, deuocionis spiritu accensus ad beati Iacobi in Compostilis[3] *limina et purgatorium sancti Patricii in Hibernia visitare proponit et sue mentis pulcritudine ductus pro actibus militaribus exercendis et augendis diuersa mundi climata perlustrare intendit*[4]*. Amicicias igitur vestras et fraternitates singulares et beneuolencias spirituales affectanter requirimus et confidenter hortando mandamus quatenus, dum et quando in vestras provincias conspectum et medium prefatum Laurencium cum sua comitancia venire contingat. ipsum graciose et caritatiue recipientes fauorabiliterque tractantes cum suis rebus et bonis universis, equis. vaseliis. iocalibus. auro et argento et aliis clenodiis quibuscumque ac deputata sua familia per districtos vestros, passus, transitus et pontes, iurisdiccionisque dominia tam in terris quam supra aquas diu*[5] *noctuque ire et redire et in eis morari facientes cum omni securitate sperata sine tributi et ghabelle ac alterius solucionis vel exaccionis onere quibuscumque et alias absque omni grauamine et impedimento quocumque libere perstransire permittatis et, si opus fuerit eidem Laurencio Ratholdi et sui coniunctione cum predictis suis rebus et familia de saluo et securo conductu dignemini et velitis prouidere. sicque quod idem Laurencius sub vestris fauoribus sue mentis propositum tam in peregrinacione quam in actuum militarium excercitacione feliciter duci valeat ad effectum. Et ob hoc vestris amiciciis*[6]*, fraternitatibus, favoribus et beneuolenciis teneamur ad merita graciarum.*

Datum in castro nostro Sancti Georgii, anno Domini millesimo CCCC^{mo} octauo, decimo die mensis ianuarii, indiccione quintadecima. regnorum autem nostrorum anno vicesimo. sub appensione maioris et autentici sigilli nostre maiestatis.

4. De aduentu militis ad primatem Hibernie necnon de peregrinacione ad ciuitatem Dublinensem.

Adueniente quidem milite prenotato primatis presencia in antelati ostensisque sibi huiusmodi litteris regie maiestatis. necnon verbotenus aduentus sui causa sagacius enodata. miles a

— 3 Compostatlis A. — 4 intendat A. — 5 die A. — 6 amaciis A.

regum Hungariae, ad annum 1408 : J. Aschbach, *Geschichte Kaiser Sigmunds, des Constanzer Conciliums* etc, t. I (Hamburg, 1838), p. 262.

primate recipitur ut decuit cum honore. Et sicut moris est[1] peregrinorum, huiusmodi impetratis litteris a primate super militis conuersacione, miles civitatem Dublinensem, translatas reliquias beatorum Patricii, Columbe et Brigide continentem (1), peregre profectus est, ibique devota precum et ieiuniorum observaccione pro salubriori itineris sui complemento per aliquot dies solicite morabatur. Interea vero dum una<die[2]> suo quiesceret in cubili, peregrinacionis sue venturi[3] successus per beatum Patricium, in quem propositi sui spiritualem anchoram infigebat, ei diuinitus sunt relati.

5. De aduentu militis ad priorem Purgatorii et hortacione eiusdem prioris etc.

Mane facto, resurgente milite sueque visionis <in[1]> excelso throno presidenti gracias cum gaudio referente, quamdam insulam vocatam Sanctorum in occidentali plaga Ultonie, ubi prenominatus prior <in[1]> suo prioratu moram facit, desistebat nullatenus peruenire. Prospiciente siquidem priore primatis seriem litterarum de aduentu militis, efficitur gaudiosus.

Nihilo minus prior plurimorum commemorans interitum, qui per antea locum Purgatorii memorati sine reditu fallibiliter intrauerunt ac formidans tanti militis periculum ac temeritatis audaciam, in hac parte ipsum ammonet et hortatur sollicite dicens ei : « Frater et amice carissime, tua nobilitas non ignoret » quam plures tempore meo locum, quem rimari proponis, » intrasse ac ibidem mortis angustiam subivisse; alios autem » immundorum spirituum infestacione perpetue fatuitatis ma- » culam suscepisse, ceteros vero cum corpore et anima vanuisse. » Igitur dileccioni tue fraternali divine miseracionis intuitu » consulo pia prece quatenus nisi Christi fidem habueris plenio- » rem, ac vere confessus ac contritus fueris, intrare locum » Purgatorii non presumas. »

Cui miles inquit humiliter respondendo : « Pater in Domino » reuerende, fidens prout sancta mater informat ecclesia credo » firmiter Trinitati[2]. » Quo pleniter exaudito, prior gaudens responso militis eum ulterius hortabatur : « Si huius peregri- » nacionis viam velis Dei cum adiutorio perimplere, xv diebus

4. — [1] esset A. — [2] *om.* A. — [3] venturos A.
5. — [1] *om.* A. — [2] trinitatis A.

(1) Voir *BHL.*, 6517.

» sub mensura panis et aque ceterisque piis operibus, prout » moris est aliorum ibidem canonice intrantium. tibi prius est » necessarium continere. Deinde vere confessus, contritus et » communicatus ceterisque rite peractis, annuente Domino tuam » debes peregrinacionem perfinire. » Completo siquidem sermone prioris, miles in Domino confortatus respondit : « Quanto mee » fragilitati permittitur, Saluatoris fauente clementia, tuis hor- » tacionibus me submitto. » Miles vero tunc debilitatem sui corporis verebatur et dimisso xv dierum ieiunio. ne forte pre nimia cibi vel potus abstinencia sui vires animi vel sensus verisimiliter vacillarent. quinque dierum spacio concurrente propter reverenciam quinque vulnerum Christi ieiuniorum observanciam custodivit. Huiusmodi quidem obseruato ieiunio dictoque milite a priore confesso et communicato ut deberet. tam prior cum uno canonico suo quam miles navicellam ascendentes ac unius miliaris spacio versus meridiem navigantes. insulam, ubi locus Purgatorii prenotati consistit. protinus peruenerunt.

6. Descriptio insule Purgatorii et introitus eiusdem etc.

Est ipsa quidem insula dulcis aque flumine circumcincta, salmonum, trutarum, ceterorumque piscium generibus habundante. Nomen huius fluminis siue stagni Lotherge[1] hibernice nuncupatum, latino quidem sermone stagnum rubeum, quod ita sit[2], particulariter nomen conueniens est sortitum. Est ipsa quidem insula cxxx passuum longitudine mensuranda, xx vero passus latitudine non excedit. Dividitur enim in duas partes, quarum maior inter occidentem et septemtrionem optinet locum suum Kernagh hiberniali ydiomate nuncupata, latino quidem sermone Clamoris Insula dici potest. Estque ipsa pars nonnullis fructuum et arborum generibus sicut acrifoliis, dumis, cornubus[3], sambucis ceterisque spinosis arboribus obumbrata necnon avibus rapacissimis[4] et corvis, capis, coredulis[5], bubonibus aliisque volucribus rapacibus ibidem nidificantibus et horride garrientibus nimis plena. Est enim, prout in quibusdam codicibus Hibernie reportatur, Sathane suisque satellitibus hereditario iure antiquitus attributa.

Quod autem spiritus immundi existunt in inferno, terra et in aere post casum hostis antiquissimi patent versus :

6. — [1] *id est* Loch Derg, *seu* Lough Derg. — [2] fit A. — [3] cuimcibus A. — [4] rapissimis A. — [5] corodubis A. Cf. Goetz, *Corpus glossariorum*, VI, 277.

Luciferi turba celorum regna reliquit.
Infernis prima, terrenis missa secunda,
Aeris per gelidum concurrit tercia semper.

In illa quidem parte inter cetera maligna quidam demon, Cornu hibernice nuncupatus, preter alas[6] effigiem habens ardee[7] dispennate, oculis plurimorum multociens intuetur. Qui cum more solito vocem dederit ad modum cecinentis tubam, tunc mortem alicuius prenosticat peregrini. Quem et miles Owain[8] est ibidem contemplatus (1). Maior enim pars ipsius insule angelis[9] est dicata <et[10]> hibernice Regles, latine Regula nominatur (2). Inter orientem et meridiem in longitudine xxx^ta et latitudine quinque et dimidium passus tenet, locus[11] aliquociens habundans arboribus quercinis, taxeis, ceteris pulcris arboribus auium diversarum dulciter melodiam resonancium satis plenis[12]. Ipsius enim partis plaga meridionalis et occidentalis capellam in honore sancti Patricii longitudine quatuor et latitudine duorum et dimidium brachiorum continet instauratam[13]. In quam prior militem introduxit, ipsum admonicionibus premissis et hortacionibus admonendo ne locum introiret Purgatorii. Et quia cor militare supra firmam petram eius statuit fundamentum, prior annuit militi votum suum. Deinde[14] exuto milite propriis vestimentis discalceatisque[15] pedibus ac induto per priorem tribus albis canonicorum unoque novo femorali, ut moris est peregrinorum Hibernicorum, miles flexis genibus se prostravit illico super terram. Quo facto, prior cum canonico letaniam mortuorum cum exequiis super militem compleuerunt. Impletis autem exequiis usque ad responsorium : *Libera me, Domine, de morte eterna in die illa tremenda quando celi mouendi sunt et terra,* prior militem erexit de terra et cantando idem responsorium eduxit eum ab eadem capella per quatuor passus tendentes inter orientem et septemtrionem ante unam speluncam muratam lapidibus et voltatam; foramen est[16] introitus

— [6] alias A. — [7] aedee A. — [8] *ita legendum existimo,* octovia A. Cf. *BHL.* 6510; *vix enim* miles Antonius (Mannini) *scripserit auctor.* — [9] angelus A. — [10] *om.* A. — [11] locum A. — [12] plena A. — [13] instauratum A. — [14] statuit *hic perperam iterat* A. — [15] discalaatisque A. — [16] foramēē A.

(1) Antoine Mannini vit également ce démon qu'il appelle *Corna.* « Io vidi » levarsi a volo un uccello nero piu che carbone sanza niuna penna o coda su » tutto il dosso, salvo il vero, 4 o vero 5 penne in ciascuna alia, fatto propriamente » alla forma d'uno Aghirone, salvo alquanto piu grande... quando il malvaggio » uccello Corna col becco come un huomo suona un corno è segno di perdizione » di colui che va entrare in Purgatorio. » Frati, *Il Purgatorio di San Patrizio,* t. c., p. 157. — (2) Sur le mot *Regles* ou *Reccles,* voir Withley Stokes, *The martyrology of Gorman* (London, 1895), p. 287.

Purgatorii memorati existens, in altera maiore parte insule sepedicte concludentis[17] in partibus circumquaque. Cantans autem prior cum canonico versus eiusdem responsorii : *Dies illa dies ire calamitatis et miserie*; hostium illius spelunce tunc seratum aperuit et aspergens militem aqua benedicta ac vale dicens ei, speluncam protinus introivit. Ipso hostio manu prioris iterato secure serato, miles ibidem unicus remanebat. Intrante quidem milite sancte crucis signaculo se signauit dicens : « Dominus
Ps. 120, 18. » custodiat introitum meum et exitum meum ex hoc nunc et » usque in seculum » cum hac oracione : « Domine Ihesu Christe, » Fili Dei viui, miserere michi peccatori. » Habuit enim secum miles unum sereum[18] quem propter stricturam spelunce in novem partes divisit, quarum unam habuit secum ardentem, et in collo eius quatuor pecias ligni sancte crucis cum particulis trium tunicarum Ihesu Christi in berillo argento et auro ligatas ceterisque preciosis reliquiis ac lapidibus, necnon[19] unum libellum septem psalmos penitentiales continentem, mora sua videlicet per unum diem naturalem et amplius spacium perdurante. Illius vero spelunce XI^cim^ palmas longitudine, tres latitudine, quatuor altitudine continet primus et introitus principalis. Secundus autem introitus versus Gerbinum palmas novem longitudine tres latitudine et quatuor altitudine non excedit.

7. De prima visione militis in spelunca.

Cumque miles <ad[1]> secunde spelunce introitum peruenisset, statim iacens procliuus in terram cum septem psalmorum penitencialium una cum letanie[2] recitacione iterata, videlicet die sancti Martini ab hora quasi sexta, sole in signo scorpionis existente XXVII gradu, luna vero in signo libre, usque ad noctis crepusculum subsequentis iugiter persistebat. Milite vero sic oracionibus persistente, duo maligni spiritus inuisibiliter advenerunt, militem usque ad portulam spelunce per pedes seriatim tribus vicibus pertrahentes, albas vero tres quibus miles induebatur turpiter lacerantes, ipsum terrore nimio vexaverunt. Miles uero <per[3]> terrores huiusmodi non conterritus[4] nesciensque securiorem viam tantum periculum evadendi quam ad amplexus Ihesu Christi per assiduam memoriam eius vulnerum confugere, in quibus quasi secretis cauernis petre deuote progrediens, ut ab

— 17 concludentem A. — 18 *id est* cereum. — 19 no A.
7. — 1 *om.* A. — 2 latanie A. — 3 *om.* A. — 4 contentus? A.

insultu diabolico abscondatur, sancte crucis signaculo se munivit et in hanc oracionem deuote prorumpebat[5]: « Domine Ihesu Christe » ut supra. Diaboli vero sancte crucis signo nec cordi passionem dominicam meditanti resistere non valentes confusi et...[6] recesserunt.

O crux gloriosa, o crux adoranda, o lignum preciosum et admirabile signum per quod demones leuiter vinci possunt! O peccator, respice vulnera pendentis, sanguinem morientis, precium redimentis, cicatrices resurgentis, caput humiliter inclinatum ad osculandum, cor apertum ad diligendum, brachia aperta ad amplexandum, totum corpus expositum ad redimendum. Hec quanta sunt cogita, hec cordi[7] tuo appende ut totus tibi figatur in corde qui totus pro te fixus[8] fuit in ligno crucis; hec hodie meditare que tibi semper erunt refrigerium et solamen nec dubites quod, si bene ea expresseris cordi tuo, nulli temptaccionum aditus apparebit.

8. De secunda visione militis etc.

Miles autem in Domino confortatus psalmis premissis et oracionibus intendebat. Interea vero alius diabolus in effigie hominis antiquissimi peregrini, barba prolixa varietate crinium ventilante, appropinquans ex opposito[1] militis apud suos ardentes cereos se ungebat, militem, ut ei apparuit, dulcibus pietatis oculis iugiter contemplando. Miles autem huius rei consideracione commotus inter ipsos psalmos unam oracionem de incarnacione, passione, resurrecione et ascensione domini nostri Ihesu Christi devocius infundebat. Tunc demon sibi nequiter invidendo ac invidie malicia comminando sic est militem allocutus : « O stulte » miles, cum ego peregrinus existerem, hac vice tue deberem » stulticie condolere, presertim cum te virum sapientem cognoscerem variis ydeomatibus eruditum, maxime vero cum a te tanta » verba friuola et illicita de Ihesu, quem tante dignitatis excellencia » supremoque titulo nominasti, audirem proferri. Nam ille Ihesus, » cuius cecam fidem tamdiu dampnabiliter es secutus, seductor » extitit populorum, in abissum inferiorem eternaliter condempnatus. Desiste ergo, carissime, a tuis talibus nephandis » erroribus illum Ihesum penitus abnegando meisque quiescens » consiliis vitam eternam procul dubio possidebis. » Cum autem

— [5] prorupebat A. — [6] *spatium vacuum in* A. — [7] corde A. — [8] *perperam iteratur in* A.

8. — [1] apposito A.

miles hanc tantam diabolicam versuciam percepisset, suis vanis mendaciis, licet sciret, noluit respondere nec cum eo longa verborum protelacione certare, ymo pocius ipsum antiquum hostem devincere, sancte crucis munimini se commisit oracionem memoratam sepius iterando : « Domine etc. » Tunc diabolus confusione et irreuerencia vilipensus, spuit in militem et recessit.

O venerabile, salutiferum crucis signum, semper diaboli suggestionem devincens, cuius latitudo signat opera caritatis, longitudo perseveranciam usque in finem, sublimitas supernam[2] fidem ad quam[3] cuncta referuntur, profunditas veram[4] carnis mortificacionem etc.

9. De tercia visione militis etc.

Ergo autem hoste invido sic confuso, confestim adveniens alter se in effigiem nobilis et pulcherrime mulieris, cuius formam bene videbatur militi cognovisse cautissime demonstravit et multis sermonibus iocosis et voluptuosis militem infestabat dicens ei : « Amice carissime, recordamini quod temporibus » retroactis super omnia meis voluistis serviciis mancipari, sem- » per meam concupiscenciam adurendo. Nunquam vero opor- » tunitatis locum ad nostrum optatum desiderium perimplendum » inuenientes, nostri cordis intima variis dolorum aculeis vexa- » bantur. Nunc autem locum et tempus ad nostrum desiderium » expectatum graciosius invenimus. » Miles autem hiis versuciis non credens[1] sed diuine passionis misterium circumferens cordi suo ac triumphis premissis animositate suffultus, demonem hiis sermonibus confutavit : « O Sathana, veritatis adversarie et infi- » delitatis amice, est tue inscrutabili[2] versucie satis notum quod » peregrinorum officio non incumbit <in[3]> suo peregre suis » amasiis inquinari. Nec illam dominam te fore[4] reputo quam » pretendis, cum ipsam ab Hibernia longa viarum distancia iam » reliqui, sed humani generis deceptorem et inimicum te puto et » reputo satis bene qui, cum omnipotentis Dei iuuamine, tuis » falsis insultibus et simulacionibus me nequeas perturbare. » Diabolus autem hiis sermonibus irrecuperabiliter deturbatus[5] nimia verecundia recedebat. Quo facto, miles in Domino gratulatur, qui virtutis sue potencia carnales estus in eo taliter extinguebat.

— [2] supernum A. — [3] quem A. — [4] vera A.

9. — [1] credentes A. — [2] inscrutabile A. — [3] *om.* A. — [4] forte A. — [5] deturpatus A.

Igitur o fratres carissimi, quantum <in vobis[6]> est, putride carnis voluptuositas est restinguenda, gladius diaboli nuncupata, que preter[7] octo animas mundum submersit universum. O quantum nos admonet carnis effugere voluntatem sapiencia Salomonis : fauus[8] distillans labia meretricis, nitidior oleo guttur eius ; nouissima illius amara quasi absinthum, acuta quasi gladius biceps, pedes eius descendunt ad mortem et ad inferos gressus eius penetrant. Prov. 5, 3. Et : quam breuis est huius carnis gloria fragilis et caduca. O libidinose, queso dic ubi sunt imperatores, reges, principes et ceteri amaziarum amatores et ornamenta eorum qui hac turpedine delectabantur. Ipsi velut umbra transierunt et velut sompnia euanuerunt, aurum eorum et ornamenta eorum ac putrida cadavera in hoc seculo remanserunt et illi eternaliter cruciantur ubi vermis eorum nullatenus morietur et ignis eorum minime extinguetur. Ve tam tenebrosam, tam languidam foveam et tam obscuras cauernas de tam parua consolacione[9], tam longam captiuitatem de <tam[10]> parua leticia, tam longam tristiciam, tam longas et amaras flammas de tam parva iocunditate, ubi non audivit pater filium nec filius patrem nec frater fratrem nec amicus amicum.

10. De quarta visione militis.

Militem consuetis oracionibus indulgentem quidam formosus, viridi veste totaliter coopertus et stola rubra suis humeris involuta, salutat[1] lingua ebreica sic dicendo : « Laurenti, slam alecha[2], » quod interpretatur « pax super te » vel « pax tibi. » Et interrogando militem dixit ei : « Ad quid venisti aut quid queris? » Cui miles Dei timore repletus sagaciter respondebat : « Ego quero graciam domini nostri Ihesu Christi ac matris eiusdem » virginis gloriose. Sed tu quis es, qui talia profers, cum me non » nosceres et me proprio nomine nominasti? Esne fantasma vel » nuncius verus domini nostri Ihesu Christi quem quero pariter et » adopto? » Et ait angelus eidem : « Dignum et est iustum quod[3] » queris et optas. Aliqua vero tibi data sunt ad videndum et aliqua » non ad presens. Ego enim patronus tuus Michael, cuius nomine » in villa tua propria et natiua habes ecclesiam fabricatam. » Miles autem verbis angelicis fidem credulam non prebet sed hesitans

— [6] *om.* A. — [7] própter A — [8] ffauus A. — [9] *hic* A *perperam inserit quae modo sequuntur* ubi non audivit pater filium. — [10] *om.* A.
10. — [1] saluta A. — [2] *lege* Shalom alecha. — [3] est? A.

ait illi : « Magis enim te credo angelum infelicem quam Dei » nuncium michi missum, quoniam audiui sepius malignum » aliquando Dei et aliquando angelorum effigiem assumpsisse. » Audito illo, angelus sic respondit : « In nomine domini nostri Ihesu » crucifixi, cuius mater erat virgo ante partum in partu et post » partum, quem ego credo verum Deum et hominem esse, dic » michi quid queris verius in hoc loco? » Miles autem hec verba considerans quod non esset fantasma, ymo verius divinae revelacio[4] pietatis, magis efficitur in Domino animosus, et inquiens angelo sic dicebat : « Ego quero graciam domini nostri Ihesu » Christi eiusque matris virginis gloriose ; et si tu es patronus » meus, dic michi quo nomine vocaris. » Et angelus ait illi : « Ego » sum ille Michael prepositus paradisi, quem tu semper fideliter » adorasti, per quem et venisti. Dic ergo michi quid queris et » quid scire desideras in hoc loco. » Prostratus autem miles preceps super terram humillime dixit ei : « Domine mi, pater mi, » frater custos mei hominis utriusque, rogo te, pater, per illam » dignitatem quam tu habes ut michi monstrare digneris omnes » animas defunctorum et benefactorum meorum, quas videre » iam diucius adoptaui, ut scire possim si sint in inferno, purgatorio vel paradiso. »

Cui angelus dixit sic : « Omnia michi precepta et a Domino » michi data que dignus es videre eius gracia tu videbis » corporaliter sed <non[5]> in re. Igitur in nomine Iot, he, vau[6], » hecados[7], adonay, alpha et ω, quod est ubi, ebuy, rahot kodes[8], » sequere me. » Tunc miles angelum est secutus usque ad introitum predicte spelunce, ibique quadrangulares latique magni lapides apparebant : quos autem angelo eleuante, alterum foramen eminebat obscurum, in quod angelus militem introduxit per gradus circulares et vertiles, unius vero spacio miliaris. Cum autem ad finem graduum pervenissent, apparebat militi diuina lux et firmamentum nebulosum ac unum planum viride pratum, cuius longitudinis et latitudinis finem videre non potuit. Quo viso, miles angelum iterum rogavit quatenus visionem preoptatam sibi dignaretur monstrare. Angelus autem volens satis facere votis suis ostendit ei vallem incredibiliter perignitam flammas profundissimas emittendo. In quo quidem torquebantur[9] igne innumerabiles anime, vivencium hominum habentes effigiem, per vilissimos tortores. Inter quos miles omnes defunctos suos

— [4] relacio A. — [5] *supplevi, om.* A ; *cf. infra :* nec me nec ignem ... in re vides. — [6] *scilicet* Iehovah. — [7] *lege* hakkadosh. — [8] *ita* A ; *forsitan* ab, ben, ruah kodesh, *scil. pater, filius, spiritus sanctus.* — [9] tortores A.

tam mares quam feminas, videlicet parentes, consanguineos, amicos, benefactores ac natos preter unam animam vidit ibidem. Cum hec vidisset miles, compassione[10] valida commotus est dicens : « Domine, qualis est iste ignis et quomodo nominatur? » video enim omnes animas quas optaui videre preter unam in » hoc igne miserabiliter cruciari. » Et respondens angelus dixit ei : « Fili mi, ignis iste purgatorium nuncupatur, in quo purgantur » anime salvandorum et non est aliud purgatorium ; sed tamen » nec me nec ignem nec purgatorium in re vides, sed sicut » dignum et iustum est a Domino tibi datum. » Miles autem angelum interrogans inquit dicens : « Domine et pater mi, qui » sunt isti tortatores[11] turpissimi qui miserimas istas animas » tormentant et turpiter cruciant? » Angelus autem dixit : « Demones sunt, cum quibus in regno celorum primum bellum » decertaui et ipsos cum eorum principe Lucifero in abissum » deieci. Ipsos autem in eorum forma videre non potes sed velut » est desuper tibi datum. » Voluit autem miles animam[12] dilecti sui, cuius visio extitit ab eo singulariter tunc celata, videre ; ideo intuitus ipsius anime necnon inferni ac paradisi peciit sibi ab angelo demonstrari. Respondens angelus concorditer prenotato sermone dixit ei : « Animam illius videre non potes, cum visus » eius tibi pro presenti sit a Domino sequestratus. Infernum » autem vel paradisum tibi modo videre non licet, cum ad tantam » visionem intuendam humilitatus huc taliter non venisti. » Tunc vero miles trepido vultu interrogans ait illi : « Domine, nonne » confessus contritus et armatus fide, prout sancta docet ecclesia » huc veni? » Et respondens angelus dixit : « Licet confessus » contritus et armatus fide, prout dicis, huc venires, tamen ad » presens illa videre non potes, cum tu mundum transitorium » derelinquere noluisti. » Item angelo dixit miles : « Domine » rectum iudicium iudicasti. »

Et ulterius inquirens angelo loquebatur : « Possuntne quos » hic[13] video eternaliter condempnari? » Angelus respondebat : « Dampnari non possunt, cum non sit desperacio in hoc loco, » sicut est in inferno, ubi redempcionis expectacio propensius » est sopita. Istis autem animabus interdum Dei adiutorium » elargitur. » Et inquit miles : « Si tibi placuerit et michi datum » sit a Domino, vellem scire quod est illud adiutorium quod tu » dicis. » Et angelus dixit ei : « Omni septimana duabus vicibus, » videlicet die dominica, quando Dei filius Deus et homo natus » est, et in die veneris secundario, quando idem dominus Deus

— 10 ductus *add.* A, *delevi.* — 11 *ita* A. — 12 anime A. — 13 hac A.

» propter peccatores dignatus est mori, ad ipsas venio confortandas dicens eis : « In brevi miserebitur vobis Deus. » Et dicunt » unanimiter conclamantes : « Ihesu Christe, fili Dei viui, miserere » nobis ; sicut vis et sicut scis ita miserearis, quia maior est » misericordia quam iniquitas nostra, licet magna sit. Benedictus qui venisti in nomine Domini, osanna in exelsis et » in terra. » Hiis auditis, stupore magno miles interrogabat angelum sic dicendo : « Quomodo hoc potest esse quod tot » missarum solempniis, tot elemosinarum largicionibus, totque » ceteris pietatis operibus pro defunctis meis premissis tam » per me quam per alios elargitis non obstantibus, in hac » parte omnes earum animas quas infra viginti annos nunc elapsos ab hoc seculo reuocare dignabatur clemencia Saluatoris hic » video ignibus cruciari? » Et ait angelus dulciter respondendo : « Tua non debet discrecio tot ipsarum cruciatibus admirari, cum » tu in archano sancti Iohannis euuangeliste scriptum sepius

Apoc. 14, 13. » perlegisti : *Opera enim illorum secuntur illos.* » Et angelo inquit miles : « Quomodo possunt istarum pene cicius mitigari? » Et respondens ait illi : « Omnibus bonis operibus et presertim celebritate <missae[14]> possunt ab earum penis celerius liberari. » Hiis itaque et nonnullis aliis secretis negociis et reuelacionibus dictis et per angelum tunc peractis, que huius operis compositori per militem non licuit enarrari, sed que[15] angelico mandato per militem sunt narranda, sicangelus militi est locutus : « Sequere me » et ducam te ad tuum exitum e converso. » Secutus est autem miles angelum preeuntem et ambo in speluncam <cursu[16]> concito peruenerunt ; miles vero, flexis genibus et elevatis manibus contra çelum, multiplices graciarum acciones trino Deo et simplici eiusque matri Marie intemerate virgini necnon beato Michaeli, beato Patricio omnibusque sanctorum civibus referebat, quoniam Deus eternus sue inexhauste bonitatis plenitudine tante peregrinacionis periclum ad sue fidei reintegracionem et maximum incrementum fecit ipsum incolumem pertransire. Et ex hiis dictis,

Io. 20, 17. miles voluit pedes angelicos osculari et dixit angelus : « Noli me » tangere ; non es dignus. » Stans autem angelus ad modum prelati dixit : « Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit » celum et terram. Sit nomen Domini[17] nostri Patris et Filii et Spiritus sancti benedictum, ex hoc nunc et usque in seculum. » Et benedicens militi sub hac forma : « Benediccio domini Dei » omnipotentis Patris et Filii et Spiritus sancti maneat et descendat super te semper, amen », disparuit et celos tunc feliciter

— [14] *om.* A — [15] quibus A. — [16] *om.* A. — [17] benedictum *perperam hic add.* A.

petiuit. Mane facto quasi circa terciam horam post nonam, sole in signo scorpionis in xxviii gradu, luna vero in libra, anno domini millesimo c.c.c.c^{mo} xi^{mo} existente, prior veniens ad speluncam apertoque per ipsum hostio, miles speluncam exivit incolumis et iocundus. Viso milite, prior multum in Domino est gavisus et militem in domum suam excepit in leticia cum honore.

11. De aduentu militis ad ciuitatem Dublinensem.

Cum autem miles, prout placuit in celo presidenti, suum peregre finivisset, ad civitatem Dublinensem est reuersus. Ibi vero a multis venerabilibus ac nobilibus prelatis dominis et civibus de votivis successibus suis multum gaudentibus, ut decuit, honorabiliter est receptus. Interea vero dum miles in Dublinensi civitate pro navigio commorasset, audita tunc ab eo per diversos valentes viros sue expedicionis gracia, de suo peregre sepedicto placuit eis unum memoriale de huiusmodi expedicionis gracia latino sermone sibi fieri cum effectu. Hoc autem magis sibi fieri cupientes cum idem miles dicta sua, prout decuit, domini primatis antedicti[1] litterarum testimonio confirmavit, quarum tenor sequitur in hunc modum.

12. De littera primatis Hibernie.

Universis et singulis fidelibus presentes litteras visuris vel audituris Nicholaus permissione divina archiepiscopus Armachanus, Hibernie primas, salutem in Domino sempiternam. Universitati vestre notum facimus per presentes quod nobilis vir Laurencius Ratholdi de Pastoth, magister, ut refert, dapiferorum reginalium Ungarie ac supremus dispensator eiusdem, Purgatorium sancti Patricii in nostra provincia situatum circumstanciis omnibus et singulis illius peregrinacionis per eum pennitus observatis devote intravit, moram unius diei naturalis, ut moris est, veraciter penitens ac vera fide armatus traxerat in eodem, sicut ex relacione fide dignorum ac per litteras testimoniales dilecti nobis in Christo filii fratris Mathei (1), *canonici regularis ordinis Sancti Augustini, eiusdem loci prioris,*

11. — [1] antedicte A.

(1) Le prieur Matthieu est également nommé dans la vision de William Staunton, datée de l'année 1409 : « I was putt in by the Prior Matheus keper of the same purgatory. » KRAPP, *The legend of Saint Patrick's Purgatory*, p. 59.

scimus, veraciter certificat. Tenorem vero ipsarum litterarum prefati prioris presentibus fecimus annotari, qui talis est.

Omnibus Christi fidelibus has literas visuris vel audituris frater Matheus prior Purgatorii Sancti Patricii Clothof Raynes[1] *dioceseos salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra quod magnificus vir Laurencius Ratholdi de Pastoth, magister dapiferorum reginalium Ungarie ac suppremus dispensator eiusdem, nostrum locum visitavit et litteris domini primatis Hibernensis archiepiscopi Armachanensis commendaticias nobis exhibuit et, peracta parte penitencie in ieiuniis et oracionibus et aliis piis operibus, Purgatorium sancti Patricii intravit et, audita missa de sancta Cruce et aliis solempnitatibus observatis et omnibus circumstanciis ad predictam peregrinacionem adimpletis, sicut nullus in tempore nostro adimplevit, nudus et ieiunus, exceptis rosetis et uno femorali, cum processione et letania speluncam sancti Patricii viriliter intravit et ibi commoratus fuerat, sicut eius possibilitas poposcerat, et penas immundorum spirituum, sicut nobis datur intelligi, sustinuit et revelaciones divinas vidit et audivit in eadem spelunca, in qua fuerunt sanctus Nicholaus* (1) *ac Georgius filius Grifani* (2) *militis de partibus Ungarie et Eugenius dictus Obrian de Anglia* (3), *sustinentes tormenta ac penas immundorum spirituum. In quorum omnium premissorum testimonium sigillum quo utimur presentibus est appensum. Datum in insula Sanctorum, feria quinta post diem sancti Martini anno domini millesimo C.C.C.C*^{mo} *XI*^{mo}.

Et nos vero litteras prefati prioris Purgatorii presentibus duximus exemplificandas easque ad pleniorem fidem in premissis faciendam nostri appensione sigilli fecimus communiri.

Datum in manerio nostro de Dromeskyn (4) *XXVII die decembris, anno Domini supradicto et nostre consecracionis octauo.*

Igitur ego Iacobus Yonge notarius imperialis, civium et scriptorum minimus civitatis Dublinensis predicte, huius memorialis compilator indignus, coram Deo, qui militi prenotato, dum commorasset nauigio supradicto, scripture ministerio multis diebus et noctibus deservivi et qui pluraliter cum eodem oretenus

— [1] *ita* A; *lege* Clogherensis *seu* Clochorensis.

(1) Celui que le prieur du Purgatoire appelle ici *sanctus Nicholaus* est probablement le personnage mis en scène dans la Légende Dorée, ch. L (Graesse, p. 214). Antoine Mannini de même : « uno de' suoi discepoli [di San Patrizio] si chiamo S. Niccolò. » Frati, *Il Purgatorio di S. Patrizio*, t. c., p. 157. — (2) Les manuscrits de la relation du pèlerinage de Georges Krisszafán l'appellent tantôt *Cussaphan*, tantôt *Crissafan*. — (3) Voir plus haut, p. 38. — (4) *Drumeskin manerium nostre ecclesie Armachane* est également cité dans les lettres de l'évêque d'Armagh en faveur de Georges Krisszafan.

circa singula suprascripta tractavi, ad Dei laudem necnon instanciam predictorum validorum virorum et meum proficuum spirituale, hoc ad presens memoriale, prout totius sciencie distributor michi tribuit facultatem, secundum informacionem debitam militis prelibati substancia non omissa fideliter compilare et scribere dignum duxi, discrecioni supplicans singulorum hoc memoriale quodlibet[2] visurorum, quatenus eiusdem defectus benigno favore corrigat et emendet, cum me prefatum compilatorem insufficiencia excusatum[3] reddit pocius quam voluntas.

13. De questione compilatoris huius memorialis ad militem etc.

Postquam ego prefatus huius memorialis compilator omnia et singula superius annotata scripsissem, militi memorato cum instancia supplicavi, quatenus sue generositati placeret michi <aperire[1]> principales aduentus sui causas ad predictum Purgatorium ac, si visiones pretactas corporaliter videret vel spiritualiter, dignaretur sue manus scripture testimonio reserare. Qui me unius cedule scriptura taliter informavit : *Ego Laurencius miles Ungarie tribus de causis Hiberniam visitavi. Primo et principaliter pro eo quod audirem tam per relaciones hominum quam scripture quod, si quis dubium aliquod de fide catholica haberet et locum Purgatorii sancti Patricii in Hibernia debito modo intraret, ibidem posset omne dubium inde videre particulariter vel in toto. Et quia ego maximum errorem et dubium habui de substancia anime quid esset, qualis res debeat esse vel fieri, quia secundum philosophos dicitur esse invisibilis, incorporea et impassibilis, ideo locum Purgatorii intravi, in quo Dei gracia de dubio predicto meram inveni veritatem. Secunda causa fuit quod dicerem serenissimo principi domino meo Hungariorum Regi me visitasse locum Purgatorii sepedicti ; unde idem dominus meus suas honorabiles litteras sub sigillo sue maiestatis prebebat. Tercia causa fuit ad videndum mirabilia et sanctorum miracula Hibernie, quia multum audivi de ipsis mirabilibus et miraculis, de quorum diversitate numerosa de pluribus sum expertus. De visionibus autem, quas in dicto Purgatorio vidi, utrum corporaliter eas vidi, dico sicut sanctus Paulus dixit : Raptus fui utrum* 2 Cor. 12, 2.
extra corpus nescio Deus scit. Sed probabilius michi videtur quod

— [2] quolibet A. — [3] excusutum A.

13. — [1] *supplevi, om.* A.

corpore verius raptus fui quam extra corpus, cum ego novem pecias cerei mei unam continue post aliam illuminarem et cremarem, quousque de spelunca loci Purgatorii exiuissem.

14. De commendacione Dei et militis etc.

Per omnia laudes[1] assint semper omnium creatori, qui generosum militem Laurencium Ratholdi cingulo militari, hillaritatis vultu, circumspeccionis et allocucionis moderamine inter dominos et amicos laborum commendabilium experiencia ebraici greci et latini ydeomatibus inter alia variis quoque scienciis et virtutum insigniis decoravit, et nobis huius operis materiam ministravit. Et laudes assint inscrutabili sapientie Dei summi, qui presens memoriale ad finem perducere dignabatur. Qui pios inde legentes corporis et anime tribuat sanitatem, regnans per omnia secula seculorum. Amen.

14. — [1] laudis A.

SUR UN ÉPISODE PEU CONNU

DE LA

VIE DE S. BASSIEN DE LODI

S. Bassien, contemporain de S. Ambroise, a été, sinon le premier évêque de Lodi, du moins le premier parmi les évêques de cette ville sur qui on possède des documents historiques sûrs. En lisant sa légende, rapportée d'abord par Mombritius, ensuite par les Bollandistes au 19 janvier (1), jour de sa fête, j'ai été surpris d'y trouver une lacune, que je n'ai pas encore réussi à m'expliquer. On n'y voit aucun vestige d'une tradition populaire sur deux faits prodigieux qui signalèrent sa première entrée dans Lodi. Ces deux faits sont la guérison, qu'aurait opérée le saint, d'une grande multitude de personnes, hommes, femmes, enfants encore à la mamelle, qui tous étaient atteints de la lèpre, et la promesse divine, publiée par une voix qui se fit entendre du ciel, qu'à l'avenir jamais personne de Lodi n'aurait à souffrir de cette terrible maladie. La tradition de ces deux faits, savoir de la guérison et de la promesse, a été connue aussi hors de Lodi, et un versificateur italien du XIV[e] siècle, Fazio degli Uberti, vers 1360, dans son *Dittamondo*, y faisait allusion, en disant :

Appresso i passi in quella terra fissi,
che sdegna come morte ogni leproso,
Bassano ha nome, ed io così lo scrissi.
Di là partimmo, e senza più riposo
Lambro passammo per trovar Milano (2)

(1) *Act. SS.*, t. II de janvier, p. 221 et suiv. Pour ce qui regarde les manuscrits, qui rapportent la légende, je ne connais que le codex B. 53 inf. (olim R) de l'Ambrosienne. Excepté la conclusion, il ne diffère en rien des textes imprimés. Cf. *Anal. Boll.*, t. XI, p. 252. — (2) Quoiqu'il emploie le nom de Bassano, on voit clairement par tout le contexte de sa description en forme d'itinéraire, que le poète entend désigner la ville de Lodi.

Vers le même temps, le bénédictin Pierre Berchorius, de Poitiers († 1362), dans une espèce d'encyclopédie composée par lui sous le titre de *Reductorium morale*, écrivait : « *In Italia in civitate Laudae tale est miraculum quod numquam homo de illa civitate leprosus efficitur. Imo si leprosus illuc venerit, aut moritur, aut cito sanatur* » (1).

A Lodi, la tradition est toujours vivante comme au moyen âge. On m'a même assuré, qu'à côté de la dite tradition plus générale et, en quelque sorte, officielle, comme je l'expliquerai de suite, le menu peuple en a forgé une autre, d'après laquelle tout évêque de Lodi serait atteint lui-même de la lèpre à une jambe, afin peut-être d'en préserver ses ouailles et de conserver le précieux privilège obtenu jadis par S. Bassien.

Si cela est vrai, il faut avouer que cette lèpre partielle n'est pas pour nuire beaucoup à la santé des évêques de Lodi; car on en rencontre plusieurs qui ont atteint leur trentième année d'épiscopat et ont presque égalé en âge S. Bassien; quelques-uns même dépassèrent les quatre-vingt-dix ans de vie qu'on lui attribue. C'est le cas, par exemple, de Mgr Benaglio, mort en 1868, à l'âge de quatre-vingt-dix-neuf ans, sept mois et vingt-trois jours, après un épiscopat de trente ans, sept mois et quelques jours. Je souhaite une longévité semblable à l'excellent prélat qui occupe maintenant la chaire de S. Bassien, Mgr Jean-Baptiste Rota, protecteur éclairé des bonnes études et en particulier des études historiques. Le cinquantième anniversaire de son sacerdoce, qu'il a fêté l'an dernier (1906), est un gage, j'en ai le ferme espoir, que mes vœux, qui sont les vœux aussi de ses diocésains, seront exaucés.

La tradition relative à la lèpre a été depuis longtemps non seulement acceptée, mais consacrée par le clergé de Lodi, qui en a fait le fond même de la liturgie de S. Bassien. Qu'il suffise d'en citer les parties principales.

L'*Oremus*, commun à la messe et à l'office, est : *Deus qui per beatum Bassianum confessorem atque pontificem populum Laudensem mirabili pietate a corporali lepra curari voluisti, concede nobis ut eius meritis et intercessione ab omnibus semper mereamur infirmitatibus liberari. Per Dominum.*

A la messe, en outre, l'épître est tirée du cinquième chapitre du IV[e] livre des Rois, qui contient le récit de la guérison du lépreux Naaman le Syrien, et l'évangile est celui de la guérison des dix lépreux (*Luc*, XVII, 12 et suiv.). Quant à l'office, l'hymne de matines regarde tout spécialement le miracle de la lèpre. J'en cite l'avant-dernière strophe :

(1) L. XIV, chap. 30, édition de Venise, 1589, p. 637.

Inde suspirans precibus salutem
imperat leprae simul et futurae
perpetim totam renovando urbem
chrismate sancto.

Pour ce qui est des leçons historiques, elles ont été réduites au nombre de trois, selon l'usage moderne, au lieu des neuf qu'on lisait anciennement. La réduction, faite à une époque récente, d'après des critères historiques différents de ceux du moyen âge, a été si considérable, qu'à peine le fait de la guérison de la lèpre est encore indiqué par ces mots : *leprosos innumeros mundat* (1); et le fait de la promesse de l'exemption pour l'avenir a été purement et simplement omis.

Les anciennes leçons, au contraire, qui étaient au nombre de neuf, trois pour chaque nocturne, contenaient une partie considérable de la vie ou légende du saint, et dans les trois dernières leçons on lisait le double fait de la guérison et de la promesse. Le récit de ces deux épisodes, inconnus aux Bollandistes et à Tillemont (2), je le présente ici aux lecteurs des *Analecta*, tiré du bréviaire de Mgr Pallavicino (1456-1497), que l'on conserve au musée de la ville de Lodi et qui est le plus ancien de tous. Ils jugeront s'il est possible que ce récit, qui manque maintenant dans la légende, en ait fait autrefois partie, et ils trouveront peut-être la raison pour laquelle, si réellement il en faisait partie, il en a été retranché.

Fidèle Savio S. I.

Rome, décembre 1907.

Lectio VII. Cum vir venerabilis intraret civitatis suburbia, ubi quasi innumerabilem leprosorum conspicit multitudinem, circumstantibus ait : « Quaenam est haec languentium atque » gementium multitudo? » At illi cum ingenti gemitu dixerunt : « Pater venerande, isti quos pio affectu cernis, leprosi sunt. Nam » multi civitatis huius viri ac mulieres quos sanguinis nobilitas » exornat, multique matrum ubera sugentes morbo isto incura» bili fatigantur. » At sanctissimus vir Bassianus in oratione conversus, diuque humi prostratus suspiciens in caelum lacrimabili voce dixit : « Respice, Domine, de excelso solio tuo, et cogita de

(1) *Act. SS.*, t. II de janvier, pag. 226. Les leçons modernes furent approuvées par la Congrég. des Rites en 1628; cf. ibid. — (2) *Mémoires pour servir à l'hist. ecclésiastique*, édit. de Venise, 1732, t. X, p. 131.

» miserabili afflictione populi huius, cui pia miseratione me » humilem servum tuum, semperque tuae clementiae famulari » desiderantem, praeesse voluisti pastorem, qui pro tui nominis » reverentia devotissime in suum me suscepit consecrandum » episcopum. »

Lectio VIII. Tunc piae memoriae Bassianus suae largitatis munera porrigendo lacrimabiliter unumquemque languentium osculatur. Demum vero ad cathedralem ducitur sedem. Verum cum noctis silentio omnes se sopori dedissent, subito vox de caelo unicuique languentium insonuit dicens : « Curata est civitas, » mundatique estis omnes a lepra. » Cumque sequentis diei daret aurora initium, universae civitatis populus, magna voce laudans Deum, cucurrit ad locum ubi sanctus Bassianus in oratione pernoctaverat. Et quidam procurrentes sancto viro rei indicaverunt adventum.

Lectio IX. At ille humi prostratus diuque in oratione perseverans lacrimis pavimentum rigabat. Et ecce astante plebe vox de caelo insonuit dicens : « Gaude, alme confessor Christi Bas- » siane, quoniam admissa est a Domino petitio tua, et tu », inquit, « gaude et laetare, Laudensis populus, de tanti praesulis prae- » sentia, quoniam quicumque sanctae Laudensis ecclesiae unda » baptismatis vel confirmatione chrysmatis fuerit munitus vel » consignatus, numquam deinceps leprae morbo erit maculatus. »

BULLETIN

DES PUBLICATIONS HAGIOGRAPHIQUES

N. B. Les ouvrages marqués d'un astérisque ont été envoyés à la rédaction.

1. — * Dom Henri QUENTIN, O. S. B. **Les Martyrologes historiques du moyen âge. Étude sur la formation du Martyrologe Romain.** Paris, Gabalda, 1908, in-8°, XIV-745 pp. — L'ouvrage du R. P. Dom Quentin fera époque dans la littérature martyrologique. Le sujet qui y est traité est d'une complexité telle que personne avant lui ne l'avait abordé dans toute son ampleur, et les rares auteurs qui, comme Rosweyde, Papebroch et après eux Du Sollier, avaient étudié et publié le *Romanum vetus* et Adon, Bède et Florus, puis enfin Usuard, n'avaient fait qu'en approfondir une partie; ils ont vu leurs thèses accueillies d'abord avec enthousiasme, puis mises en suspicion croissante, sans que leurs critiques eux-mêmes entreprissent d'y substituer une synthèse nouvelle. Depuis lors on a republié le martyrologe de Wandelbert, on a découvert ceux d'Hermann de Reichenau et de Wolfhard d'Herrieden; dans l'ensemble, les martyrologes historiques restaient toujours insuffisamment connus. En 1894, les éditeurs du martyrologe hiéronymien signalèrent cette lacune, et dès l'année suivante l'Académie des Inscriptions mettait au concours la question des sources des martyrologes historiques. La tâche était donc belle, puisque presque tout restait à faire. Dom Q. employa à l'accomplir près de dix années, durant lesquelles il fut continuellement assisté par plusieurs collaborateurs; personne ne s'étonnera du temps qu'il y a mis, tant ses recherches ont été élargies, tant son travail est rigoureux dans sa méthode et fécond dans ses résultats.

En comparant les manuscrits du martyrologe de Bède, Dom Q. a reconnu parmi eux deux classes, dont l'une, représentée par le manuscrit de Saint-Gall 451, se rapproche assez bien de l'archétype; l'autre a reçu déjà de nombreuses additions aux jours laissés vacants dans le texte original. La première de ces recensions a été utilisée par Raban Maur, la seconde par le pseudo-Florus, dont les œuvres n'ont eu ni

l'une ni l'autre une grande diffusion. Il en va tout autrement du martyrologe lyonnais que Dom Q. a retrouvé dans un manuscrit du IXe siècle (Paris, B. N. lat. 3879) et dont il a mis en pleine lumière toute l'importance. Il représente en effet un stade totalement inconnu jusqu'ici du développement martyrologique entre Bède et Florus. Cette rédaction a pour base un manuscrit de Bède de la seconde famille, dont le texte, très exactement reproduit. a été considérablement amplifié ; si bien que le nombre de saints ou groupes de saints commémorés passe de 258 à 387. Il reçut bientôt, grâce surtout à Florus, des accroissements considérables. Dom Q. a divisé les manuscrits qui nous en sont parvenus en trois recensions de plus en plus développées : la première est représentée par les fragments d'un manuscrit de Sainte-Croix au diocèse d'Embrun (Paris, B. N., lat. 5554); la seconde, qu'on retrouve notamment dans le manuscrit de Saint-Pierre de Mâcon (Paris, lat. 5254), renferme plus de quatre cents additions; la troisième, contenue dans le manuscrit d'Epternach (Paris, lat. 10158), ajoute plus de cinquante notices au texte précédent. Il est difficile de déterminer laquelle de ces rédactions est l'œuvre de Florus. Wandelbert, auquel il envoya un martyrologe, utilisa un manuscrit de la seconde classe ; mais il ne dit pas que Florus en ait été l'auteur. D'autre part, Adon, qui se servit de la troisième recension, en attribue la composition au diacre de Lyon ; attribution bien surprenante, si celui-ci n'était l'auteur que de quelques notices. Il y a donc lieu, ce semble, de ne pas prendre à la lettre le témoignage de Wandelbert et de désigner, sans prétendre à une précision absolue, sous le nom de Florus l'une et l'autre rédaction.

L'étude du *Parvum Romanum* est particulièrement bien menée et aboutit à des conclusions toutes différentes de celles, assez divergentes pourtant, qui avaient été émises jusqu'ici. La fortune de ce martyrologe fut en effet fort inégale ; très favorablement accueilli lors de sa publication, il fut dans la suite vivement attaqué par Du Saussay, Fiorentini, Henri de Valois. Du Sollier et, après lui, le P. Victor De Buck eurent fort à faire pour le défendre. De Rossi et M. Achelis l'ont depuis considéré comme l'œuvre d'un contemporain de Bède. M. Dufourcq l'a même fait remonter aux premières années du VIIe siècle. Mgr Duchesne, au contraire, en rejeta la composition à la fin du VIIIe au plus tôt. Ces opinions semblent avoir vécu ; car Dom Q. prouve fort bien que ce martyrologe fut rédigé tard dans le IXe siècle et qu'il n'a aucune valeur historique. Sur les cinq cent quatre-vingt-quinze mentions de saints qu'il contient, quatre cent soixante-quinze sont empruntées à la rédaction la plus tardive de Florus, dont les expressions même ont souvent été reprises. Les cent vingt courtes notices qui y ont été ajoutées sont empruntées aux Passions des martyrs romains, à l'Ancien et au Nouveau Testament, à

(1) B. *Elias asceta.* Animadverte Eliam patriarcham Antiochensem mortuum esse die 3 octobr. an. D. 723 (MICH., II, 456). — (2) Discipulus S. Samuelis Kartaminensis et alter coenobii conditor. Obiit die 13 ian. an. D. 433. « *Alterum eius festum celebratur mense tesrin priore* » (B, fol. 71). — (3) Probabiliter *Denha*, i. e. « Epiphanius » Iacobitarum maphrianus huius nominis primus, qui obiit die 3 mensis tesrin posterioris an. D. 658 (BARHEBR., II, 131). — (4) I. e. *'Abdâ dMešihâ*, arabice *'Abd al-Masih*, sive « Christodulus », cuius Passionem syriace hic edidit b. m. P. Ios. Corluy (*Anal. Boll.*, t. V, p. 4-52) et armenice iam ab anno 1873 vulgaverant RR. PP. Congregationis Mechitari Venetae (*Վարք և վկայաբանութիւնք սրբոց*, t. I, p. 6-25). Passus ille dicitur die parasceves 27 mensis iulii an. D. 390; quo tempore christianos arabici sermonis, sicut eius Acta ferunt, exstitisse in civitate Singar, vehementer dubito. Ipsum argumentum historiae suadet eam arabice scriptam aut fictam esse, postquam Taglibitae christiani iam in finibus Singar consederant. Idcirco arabicum exemplar huius Passionis, a P. Corluy frustra conquisitum (cf. *Anal. Boll.*, t. c., p. 7), Deo favente, ex codice Vaticano 199 edituri sumus. — (5) CP. Vide tamen ad d. 24 sept. — (6) Sic A, sed litterarum commutatione perfacili (ܦܣܠܛܪܝܬܐ pro ܟܘܡܪܬܐ) legi potest : ἱέρεια, sicut tulerint necesse est Acta graeca huius martyris; cf. CP. et SS. — (7) Ioseph patriarcham Syrorum mense ianuario an. D. 792 obiisse ferunt MICH. (III, 483-84) et BARHEBR. (I, 329.) — (8) Intellege : *Mazdai* (ܡܙܕܝ) Indiae regem, cum Tertia coniuge et *Vizân* (ܘܝܙܢ) filio; cf. W. WRIGHT, *Apocryphal Acts of the Apostles*, I (London, 1871), p. 302-307 et passim; Max. BONNET, *Acta Thomae* (Lipsiae, 1883), p. 76 et pass. Mirandum hoc laterculum a graeco fonte sumptum esse, per se patet. — (9) Ut videtur, ii qui primum caesi sunt a vicanis Kartamin, cum isti corpus S. Symeonis abripere voluerunt (cf. sup., p. 130, ann. 6). B, fol. 71ᵛ viginti quattuor fratres occisos numerat; sed ex iis quattuor Dioscorus Alexandriae patriarcha vitae restituit (fol. 72). — (10) Qui in eadem pugna deinde caesi sunt. B, fol. 73ᵛ (cf. fol. 111) : ܡܥܒܕܝܢ ܗܘܘ ܕܘܟܪܢܐ ܠܐܚ̈ܐ ܕܢܦܠܘ. ܒܫܒܥܐ ܒܬܫܪܝ ܩܕܝܡ ܒܬܫܪܝܢ ܩܕܡ ... ܘܒܝܘܡܐ ܚܕ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܐܚ̈ܐ ܦܬܚܘ ܗܘܘ ܓܠܘܣܩ̈ܡܐ ܕܒܣܗܕܘܬܐ ܕܥܘܡܪܐ ܗܘܘ ܘܐܫܟܚܘ ܒܗܘܢ. ܩܪ̈ܩܦܬܐ ܬܡܢܡܐܐ ܘܐܪ̈ܒܥܝܢ ܘܬܠܬ : *Et facere solebant memoriam fratrum qui* (in hoc praelio) *occubuerant die septimo mensis tesrin prioris... Porro die quodam patriarcha et fratres aperuerunt loculos qui in martyrio coenobii erant, in iisque reppererunt calvas octingentas quadraginta tres.*

episcopus (1). 2. Et Platonius episcopus et martyr (2). 3. Et transitus Thomae episcopi et confessoris. 4. Et Taisia Aegyptia. — IX. 1. Coronatio Iacobi filius Halphaei, fratris Matthaei evangelistae. 2. Et sanctus Euthal (3). — X. Eulampius et Eulampia soror eius (4). — XI. 1. Philippus discipulus. 2. Et Apollo solitarius. XII. Coronatio Tarachi, Probi et Andronici. XIII. 1. Carpus et Papylus atque Archeladius (5). 2. Et Theodosius minor (6). XIV. 1. Sarbel et Babai soror eius (7). 2. Et Athanasius Magnus, Alexandrinus. 3. Georgius Graecorum. — XV. 1. Isaias Halabensis (8). 2. Et transitus sancti Asiae qui et Pantaleon. 3. Et Ignatius Melitinensis, qui est Cursor (9). 4. Et sanctus Phinees Hachensis (10). — XVI. 1. *Longinus centurio, martyr. 2. Et martyr Malus (11). — XVII. 1. Prophetae generatim. 2. Et Oseas propheta. 3. Et Ignatius Ignaeus (12). 4. Et Theophilus Alexandrinus. — XVIII. 1. Lucas discipulus. 2. Et Addai (13). — XIX. 1. Sa <doc> (14) episcopus et socii eius martyres centum viginti septem. 2. Et Ioel propheta. 3. Et Abselama Edessenus (15). —

(1) Acta eius confessionis apud CURETON, *Ancient Syriac Documents* (London, 1864), p. 63-72. Cf. Acta Sarbelis, *ibid.*, p. 41 et seqq. — (2) Cf. sup. I[4]. — (3) Cf. Menaea Melchitarum syriace, ad 10 oct., PAYNE SMITH, *Catalogus*, col. 318. Vide ad d. 3 iun. — (4) Cf. CP.; A : *Olympius et Olympia*. Trans marginem ascripsit manus nescio quae : *X. Passio Acepsimae episcopi Arbellis. Ioseph presbyter, diaconus Aithalaha iubente Sapore.* Et ad dextram : *Martyr Mihrsabor* <anno> *tertio* (?) *Bahram*. Ad sinistram vero : *Item anno trigesimo Saporis martyrium ediderunt episcopi Isaac et Sapor, presbyteri* (pontifices?) *Beth A* .... Dubium est ad quemnam diem duo postrema additamenta referenda sint. S. Mihrsabor passus est 10 oct. die sabbati; Isaac et Ioseph incerto tempore (ASSEMANI, *Acta Mart.*, I, 236; 99 et seqq.). — (5) CP. — (6) Imperator. CP. — (7) Cf. dec. 10. — (8) Postremus discipulus sancti Augin (BEDJAN, III, 534-71). — (9) BARHEBR., I, 413-15 — (10) Vide apr. 28[3]. — (11) CP. : Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν καὶ θαυματουργοῦ Μαλοῦ. Porro inducitur in fabulosam historiam sancti Augin (BEDJAN, III, 431 et seq.), Mar Milos quidam Hierosolymitanus idemque prodigiorum patrator, qui nequiquam refragante temporum ordine, nemo alius esse videtur nisi S. Miles, Susae episcopus, de quo nov. 13[2]. Hunc Hierosolyma peregrinatum esse testatur Sozomenus, lib. II, cap. 14 (ed. R. HUSSEY, Oxonii, 1860, p. 151). — (12) Ignatius Antiochensis. — (13) Apostolus Orientis qui annuntiatur d. 30, an quis alius? Ecclesiam Sancti Addaï in pago *Hesterake* (syriace olim *Eštrâko*) prope Hach vidit Socin (p. 250; cf. p. 268). — (14) Nempe huic formae consonat nomen *Sadoch*, Σαδώχ, quod ipsum est pro *Sadoth*, Σαδώθ; ita enim graeci interpretes detorserunt nomen sancti *Šahdust* episcopi Seleuciae et Ctesiphontis (*Anal. Boll.*, t. XXI, p. 141-47; cf. CP., oct. 19 et febr. 20). En igitur iterum Syrus noster e graeco exemplari chaldaeos commentarios repetens. — (15) A : *Ba'alšemâ*. *'Abšelâmâ* Addaei discipulus idemque tertius, ut aiunt, Edessae episcopus memoratur in *Doctrina Addaei* (ed. PHILIPPS. Londinii, 1876, p. 35). Alterum eiusdem nominis episcopum numerat Ebediesus Sobensis inter patres Synodi Nicaenae, dum reliqui indices hoc loco Aitalaham nominant (H. GELZER, H. HILGENFELD et O. CUNTZ, *Patrum Nicaenorum nomina*, Lipsiae, 1898, p. 126, cf. pp. 21, 64, 85, 102).

XX. 1. Inventio capitis Iohannis Baptistae. 2. Et Daniel e coenobio Habsusiatha (1). — XXI. 1. <...> Martyr (2) e coenobio Maiore (3). 2. Et Severus Bar Maska, patriarcha (4). — XXII. 1. Daniel propheta. 2. Et memoria Hilarii. 3. Et sanctus Aaron (5). 4. Et Damianus martyr. — XXIII. Iacobus frater Domini. — XXIV. 1. Septem pueri in spelunca Ephesina, post annos centum octo et octoginta. 2. Et Theodora martyr atque liberi eius. 3. Et Lucianus martyr, qui Byzantii passus est. — XXV. 1. Coronatio sancti Pethion, adiutoris eorum qui in aerumnas inciderunt (6). 2. Marcianus * atque * Martyrius (7). — XXVI. 1. Demetrius. 2. Nestor, martyr Thessalonicae anno Adami sexies millesimo ducentesimo quadragesimo (8). — XXVII. 1. Obitus sancti Iareth (9). 2. Et Anatolius. 3. Et Marcus solitarius (10). 4. Et Capitolina martyr. — XXVIII. 1. Petrus Alexandrinus. 2. Cyriacus Hierosolymitanus (11). — XXIX. Anastasia martyr Romana. — XXX. 1. Addai apostolus (12). 2. Et Andreas (13). 3. Zenobius et Zenobia soror eius. — XXXI. 1. Stachys et * Amplia. 2. Et rursus coronatio Andreae apostoli.

NOVEMBRIS. TESRIN POSTERIOR. Dies triginta. Signum [illegible]. Horae diurnae undecim, nocturnae quattuordecim. Hiemis praecursor.

I. 1. Sanctus Abai dux exercitus Persarum et magister eiusdem sancti Abai (14). 2. Et Cosmas atque Damianus, qui mulieres steriles filiis auxerunt. 3. Et Theodorus patriarcha (15). — II. Martyres quinque. — III. 1. Elias patriarcha Antiochiae, anno Graecorum millesimo trigesimo quinto (16). 2. Et Constantinus Patresque trecenti (17). 3. Et Georgius martyr. — IV. Iohannes Bar Aphthonia, cuius obitus fuit anno octingentesimo quadra-

(1) Sive « scarabeorum », prope Mausilum; quod etiam vocitabatur « coenobium excelsum » (BARHEBR., II, 497) et Sancti Danielis titulum gerebat, fortasse quod ab eo conditum fuerat. — (2) Nisi legendum est *sanctus Sâhdâ*. — (3) Kartamin? — (4) Obiisse legitur alias an. D. 683-684 (MICH., II, 444), alias an. 682-683 (DENYS, p. 10; BROOKS, *Chron. Min.*, p. 231), alias tandem an. 680-681 (BARHEBR., II, 287). — (5) Ignotus. Fortasse S. Aaron Sarugensis, discipulus sancti Augin, qui teste Barhebraeo, duo monasteria aedificavit in finibus Melitinae (II, 85-87). Celebre etiam fuit Sancti Aaronis coenobium in monte Singar. Addo Vitam cuiusdam S. Aaronis († an. D. 337), auctore Paulo eius discipulo, indicari apud WRIGHT, p. 1124. Vide ad febr. 2. — (6) C : *Pethion monachus*; non tamen alius atque martyr Persa, cuius Acta lege *Anal. Boll.*, t. VII, p. 8-44. Cf. SACHAU, p. 234. — (7) CP. — (8) CP. ad d. 27. — (9) C, E : *Iareth Alexandrinus*. Eius Acta indicat WRIGHT, *Catal.* 1129. — (10) Scriptor? Cf. ASSEMANI, *Catalogus*, III, 176 et pass. — (11) CP. : Iudas Cyriacus. — (12) Cf. sup. 18[1]. — (13) Cf. diem insequentem, n° 2. — (14) Idem, reor, de quo oct. 1[3]. Corrige ergo ex annotatis, l. c. : *eiusdem* (sancti Abai) *magister sanctus Abai*. — (15) An. D. 664 (DENYS, p. 9), vel 666 (BARHEBR., I, 281). — (16) Vita functus die 3 tesrin prioris, an. D. 723 (BROOKS, *Chron. min.*, p. 235, MICH., II, 456). — (17) Ita cod., etsi Patres Nicaeenses certo designantur.

gesimo nono. — V. 1. Iohannes Arabs (1). 2, Et Patrobas, et Hermas et Gaius atque Philologus, discipuli sancti Pauli. 3. Et Maria Aegyptia atque Zosimus solitarius. 4. Et Papylus. 5. Et *Chaeremon (2). — VI. Paulus episcopus, qui ab arianis martyr effectus est (3). — VII. 1. Gregorius Nyssenus. 2. Et martyres triginta tres Melitinae. — VIII. 1. Iulianus patriarcha, anno millesimo undevicesimo (4). 2. Et obitus sancti Aaronis e regione Armeniae, anno septingentesimo (5). 3. Et sanctus Zurbar (6). 4. Synaxis angelorum. — IX. 1. Porphyrius et Onesiphorus. 2. Et Elisaeus propheta. 3. Et Drosis (sancta) martyr. — X. 1. Mari e Beth Sahde (7). 2. Et Honorius atque Arcadius, imperatores, Theodosii filii. 3. Et Ionas episcopus. 4. Et *Evodius (8) apostolorum discipulus. 5. Et Cyrus archimandrita (9). 6. Et Iohannes Kartaminensis (10). — XI. 1. Damianus Alexandrinus (11). 2. Et Apollo solitarius. — XII. 1. Cyriacus discipulus sancti Iareth. 2. Iohannes Eleemosynarius, qui uxorem habebat duosque liberos. — XIII. 1. Coronatio sancti Iohannis Chrysostomi. 2. Et coronatio sancti Milis et discipulorum eius (12). — XIV. 1. Gratianus imperator. 2. Et Philippus unus e duodecim apostolis, atque septem eius filiae. — XV. 1. Guria, Samona atque Habib. 2. Et sanctus Salita, qui opitulatur in bubonibus et peste (13). 3. Et viginti quattuor martyres romani, quorum dux erat Pappus : festum coronationis eorum. — XVI. 1. Gregorius thaumaturgus. 2. Et Ignatius Ignaeus, qui Romae coronatus est (14). — XVII. 1. Matthaeus evangelista, qui lacti mulierum prodest. 2. Sanctus

(1) Sancti Augin discipulus? (BEDJAN, III, 473; cf. aug. 29^4). — (2) SS. 26. — (3) CP. — (4) Iulianus Romanus, id est « miles » (MICH., II, 447-49). — (5) Recole annotata ad oct. 22^3. — (6) Codex hoc loco videtur esse corruptus. Possis etiam rescribere, non tamen valde probabiliter : *Et commemoratio (coetus angelorum).* — (7) Idemne qui annuntiatur d. oct. 2? — (8) Nomen incertissimum. — (9) Inter discipulos S. Samuelis Kartaminensis numeratur : ܩܘܪܘܣ ܒܪ ܨܦܢܝܐ ܗܘ ܕܠܘܛܬܗ ܠܐܪܝܐ ܩܛܠܗ *Cyrus Bar Sophoniae qui leonem exsecratione interfecit* (B, fol. 50^r). — (10) Non pauci Kartaminae antistites hoc nomine claruerunt : inter quos diuturniorem famam habuit Iohannes ille cuius mentio supra incidit (p. 136). — (11) Fortasse Damianus Alexandriae patriarcha trigesimus quintus. Obiit an. D. 591, die 18 mensis baune, sive 12 iun.; ad quem diem annuntiatur in C. — (12) Susae episcopus, passus luna 13 nov. (ASSEMANI, *Acta Mart. Or.*, p. 79). — (13) Duos sanctos huius nominis ab Orientalibus celebratos novimus ; 1. Sancti Augin discipulus, qui coenobium condidit in Beth Zabdai, atque ibidem mortuus est incerto anno, die 19 septembris (BEDJAN, I, 424-65); 2. Martyrem quendam, cuius Acta inedita exstant arabice (ASSEMANI, *Catalogus*, III, 518). Hunc recentiores Syri asseverant esse Artemium Aegypti praefectum, quem a Iuliano Apostata occisum referunt Ammianus Marcellinus, XXII, 11, 2 (ed. GARDTHAUSEN, t. I, Lipsiae, 1884, p. 289) et Theodoretus, *Historia ecclesiastica*, l. III, c. 18 (ed. GAISFORD, Oxonii, 1854, p. 277). Cf. CP., oct. 20; SS., oct. 18. — (14) Cf. oct. 17^3.

Zalphi (1). 3. Obitus Constantii (2) imperatoris invicti, anno septingentesimo septuagesimo tertio. — XVIII. 1. Obitus sancti Romani et puerorum qui cum eo erant. 2. Et Severus Samosatae (3). 3. Et Symeon Graecus (4). 4. Et Abai Hachensis (5) coenobiarcha monasterii Kartaminensis. — XIX. 1. Azi martyr (6). 2. Et Dionysius Areopagita. 3. Et Proclus. 4. Et (memoria) Agapii. 5. Et Petrus patriarcha (7). — XX. 1. Gregorius Decapolita. 2. Et Nerses atque Ioseph episcopi cum martyrum multitudine (8). 3. Et Iason. 4. Et Abdias propheta. — XXI. 1. Ingressus Dei genetricis in templum cum trimula esset (9). 2. Et sanctus Hananias. — XXII. 1. Petrus et Paulus. 2. Et Thecla, quae prima mulierum martyrium edidit tempore Pauli. 3. Et transitus sancti Hevari Bar Theodorus (10). 4. Et *Menignus (11). — XXIV. 1. Clemens Romanus. 2. Et Gregorius Theologus (12). 3. Et martyres Aegyptii. 4. Et martyres Persae. — XXV. 1. Cyriacus, Lucianus, Eusebius martyres. 2. Et Petrus Iberus (13). 3. Et abbas Isaias paedagogus. — XXVI. 1. Pervigilium fratrum. 2. Et Theodosius episcopus, qui in fornace calcaria mortuus est (14) et qui cum eo martyrium

(1) Nomen valde ambiguum. Elpidius (SS; CP., 15[3])? Vel multo probabilius 'Αλφειός cf. CP., 18[4] (ܐܠܦܝܣ pro ܙܠܦܝܣ). — (2) A : *Constantini*. Historia Constantii filii Constantini Magni habetur in codice nostro fol. 156v et seq. : in qua obiisse refertur an. D. 362, die 17 nov., feria quarta, hora nona (ASSEMANI, *Catalogus*, II, 248). — (3) Frater Athanasii patriarchae (infra, die 3 ian.) : episcopus et thaumaturgus; e vita cessit an. D. 640 vel 641. Eius gesta multis verbis persequitur Michael Syrus (II, 417-20). — (4) Nomen mihi novum. Attamen inter antiquissimos Kartaminae monachos numerantur ܫܡܥܘܢ ܩܢܢܝܐ ܘܐܚ̈ܘܗܝ ܚܡܫܝܢ : *Symeon Kananaia cum eius fratribus quinquaginta* (B, fol. 53). Kananaia, nisi « arundineum » interpretari malueris videtur esse nomen patriae. Atqui memoratur in eodem libello (fol. 104v) vicus *Alin qui est Alin* ܕܥܠܝ̈ܢ, et inter monachos Kartaminae propter mortuum ibi a S. Gabriele suscitatum insignis olim fuit (B, fol. 104-104v). Pro Symeone « Graeco », ܝܘܢܝܐ, legendumne in martyrologio nostro ܩܢܝܐ vel ܩܢܢܝܐ ? — (5) Abai quidam non semel nominatur inter discipulos S. Symeonis Kartaminensis (B, fol. 51, 62v). Eodem nomine vocatus fuerat S. Samuel conditor coenobii (fol. 41v). — (6) CP. : "Αζη. — (7) Petrus martyr, ep. Alexandriae? Cf. CP., 25, SS., 24. — (8) Nerses ep. Šahgerd in Beth Garmai, cum sociis occisus luna 10 nov., an. 343. (*Acta mart. or.*, p. 99.) — (9) A : *Cum triginta annorum esset*. — (10) *Hevârâ*, sive « Candidus », Theodori filius, abbas coenobiorum Banael et Sancti Achae (*Aḥâ*) prope Niniven, saeculo VI floruisse dicitur. Eius gesta exhibet Vita S. Achae magistri eius (in ipso codice nostro; cf. ASSEMANI, *Catalogus*, II, 249-50). — (11) CP. : Μένιγνος. — (12) CP. : Gregorius Agrigentinus. — (13) CP. : Petrus martyr, episcopus Alexandriae. Vide supra 19[5]. Petrus Iberus iterum dec. 1[3]. — (14) Cf. B, fol. 52, ubi enumerantur primi Kartaminae monachi : ܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܗܘ ܕܐܬܣܗܕ ܒܓܘ ܐܬܘܢܐ «... *Theo<d>osius qui in fornace martyrium edidit*.

ediderunt. — XXVII (1). 1. Hilaria Zenonis imperatoris invicti filia, quae est Iohannes eunuchus (2). 2. Et transitus sancti Iacobi Intercisi. — XXVIII. 1. Sanctus Cyriacus martyr (3). 2. Et Iacobus frater Domini. — XXIX. 1. Sanctus Iacobus doctor Sarugensis, anno octingentesimo trigesimo tertio. 2. Et transitus sancti Palladii solitarii. — XXX. 1. Transitus Iohannis Eleemosynarii, patriarchae Alexandrini, qui uxorem et filios habebat. 2. Et Andreas apostolus.

Canun prior. Dies triginta unus. Horae diurnae novem; nocturnae quindecim (4). Decembris.

I. 1. Nahum propheta. 2. Isaac patriarcha (5) et puerorum vitae restitutor (6). 3. Et Petrus Iberus, qui est Bartaukaia (7). 4. Et memoria martyris Hachensis, cuius nomen non repperimus. — II. 1. Habacuc propheta. 2. Et Georgius patriarcha, qui in Bagdad, urbe Moslemorum, in carcerem coniectus est (8). — III. 1. Sophonias propheta. 2. Et Carpus Saurae episcopus : eius coronatio (9). — IV. 1. Barbara et Iuliana martyres. — V. Iulianus Sabas (10). — VI. Sanctus Zachà, qui est Nicolaus : vixit autem annos centum septuaginta. — VII. 1. Georgius patriarcha (11). 2. Et Sabra (12). 3. Iohannes pusillus. — VIII. 1. Sanctus Symeon, qui coenobium Karkaphtae condidit (13). 2. Et

(1) Man. rec. trans marg. : *XXVII. Rursus passio Mercurii tempore Decii et....* (Valeriani ?). — (2) Huius fabulosam historiam coptice reperies apud E. Amélineau, *Histoire des deux filles de l'empereur Zénon*. Proceedings of the Society of biblical Archeology, X, 194-99 et N. Giron, *Légendes coptes* (Paris, 1907), p. 44-65. Eandem e codice syriaco adumbravit Sachau (p. 381-82). — (3) Profecto S. Cyriacus episcopus Hierosolymorum et martyr, hoc die 28 tesrin posterioris geminatus ex die 28 tesrin prioris. — (4) In margine, manus eadem : *signum ////.* — (5) Aut praeclarissimus ille episcopus Seleuciae et Ctesiphontis qui cum Marutha Maipheractensi pacem et libertatem ecclesiae Persicae restituit (de quo J. Labourt, op. c., 90-99), aut monachus Kartaminensis, in historiis pessime notatus, quem Abdallah Mesopotamiae praefectus an. 755 in sedem patriarchalem intrusit et anno insequente necavit (Mich., II, 474-75; Denys, 66-67; Brooks, *Chron. Min.*, 237). — (6) Haec crederes appellare S. Nicolaum, qui modo nominandus est. — (7) Legendum *Nabarnugi*, ܢܒܪܢܘܓܝ (vel *Nabarnuki ?*); cf. R. Raabe, *Petrus der Iberer* (Leipzig, 1895), p. 5 et versionis germanicae p. 14, annot. 5, atque O. von Lemm, *Iberica*, Mémoires de l'Académie des Sciences de Saint-Pétersbourg, VIIIe série, t. VII (1906), p. 21. — (8) Mich., II, 476-78. — (9) B, fol. 40 : *Mâr Keraphos*, ܡܪܩܪܦܘܣ, episcopus urbis *Ṣaurâ*, qui a rege Persarum die 3 decembris exeunte saeculo quinto interfectus est. A S. Samuele in ecclesia maiore coenobii conditus miraculorum gloria claruit. Saurâ Turabdini civitatem, quae hodie dicitur Ṣôr, inter Mardin et Killith sitam, vocabat κάστρον Τζαύρας Georgius Cyprius (ed. H. Gelzer, Lipsiae, 1890, p. 46; cf. p. 160) et Σαυράς Procopius (ed. Dindorf, t. III, Bonnae, 1838, p. 222). — (10) Intellege S. Sabam coenobiarcham Palaestinensem. — (11) Vide ad 2[2]. — (12) Idemne qui die iunii 3[2] annuntiatur ? — (13) De Karkaphta ad d. oct. 2[1].

parentes Dei genetricis. — IX. 1. Praeconium graviditatis Hannae, matris Deiparae. — 2. Et sanctus Daniel episcopus Kartaminensis (1). 3. Et Samuel propheta. 4. Et * Patapios (2) qui opitulatur hydropicis. — X 1. Hippolytus episcopus, martyr. 2. Philoxenus (3). 3. Sanctus Behnam atque socii eius (4). 4. Et Hermogenes. 5. Et* Tuthael martyr atque*Babai soror eius (5). — XI. 1. Eustathius et Meletius Antiochensis. 2. Et Daniel stylita. — XII. 1. Inventio sanctorum Harbta de Tuthe (6). 2. Thyrsus et Lucius. 3. Eustratius, * Auxentius, * Mardarius, * Eugenius (7). 4. Et *Spyridion martyr. — XIII. 1. Iohannes Psaltes. 2. Et Antonius atque Paulus. — XIV. 1. Martyres undecim milia et quadringenti triginta quattuor, qui passi sunt cum sancto Cyriaco (8). 2. Et Cyrus puer (9) archimandrita Kartaminensis. 3. Transitus Abraham Kidunensis, anno sexcentesimo septuagesimo octavo (10). 4. Et Eleutherius martyr, atque Nonna mater eius (11). 5. Et (memoria) Kurbur (12). 6. Et (commemoratio) Sergii in monte Sahio (13). — XV. 1. Iohannes Baptista. 2. Et

(1) *Daniel episcopus* e primis Kartaminae monachis, *quem cum initiaretur vox de caelo edita dignum et idoneum ter inclamavit* : ܘܣܡܗ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܝܢ ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܐܠܐ ܗܠܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܐܡܪܐ ܠܟܐ ܐܟܣܝܘܣ ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ (B, fol. 51). — (2) CP., 8. — (3) E : Philoxenus Mabbugensis. — (4) *Behnam* et *Sârâ* eius sororem, discipulos S. Matthaei Ninivensis, interfecit pater eorum die 10 dec. an. D. 331 in monte Alpeph prope Mausilum (BEDJAN, II, 397-441). Eorum ossa servabantur in coenobio Beth Gubbe (ܕܒܝܬ ܓܘܒܐ, BEDJAN, l. c., 440), quod Socin in Turabdino situm fuisse dubitanter conicit (p. 268). — (5) Graecanica nomina sanctorum qui genuinis nominibus appellantur oct. 14[1] et rursus sept. 5[2]. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXVI, p. 337. — (6) Id est « parietinae mororum » ; locus mihi ignoratus; fortasse *Khrâbtûn* in Turabdino (SOCIN, p. 245). — (7) CP., 13. — (8) Lege *Ciryco* et cf. SACHAU, p. 492. — (9) Profecto epitheton Ciryco infantulo congruens qui proxime nominatus est. Coenobiarcha nomine Cyrus iam nobis occurrit die 10 nov. — (10) Cuius Vitam in *Anal. Boll.*, t. X, p. 10-49, edidit Th.-J. LAMY. — (11) CP., 15[1]. — (12) Vid. ad mart. 28[3]. — (13) Seu in monte « arido » prope Balad (Eski-Mossul) ad Tigrim (In Vita Moysis Bar Cepha, *Biblioth. Or.*, II, 218), ubi nomine Sancti Sergii conditum erat monasterium « suspensum », المعلق. Alium novimus εὐκτήριον οἶκον τοῦ ἁγίου μάρτυρος Σεργίου, μέσον τοῦ Νιτζιβίου καὶ τοῦ Δάρας (in Vita S[ae] Golinduch, ed. A. PAPADOPOULOS-KERAMEUS, Ἀνάλεκτα Ἱεροσολυμιτικῆς σταχυολογίας, t. IV, Petropoli, 1897, p. 171). Ecclesia vero Sancti Sergii quam ad septemtrionem pagi Hach repperit Socin (p. 248) probabilius pertinet ad coenobium Sanctorum Sergii et Bacchi quod mille passibus ab hoc oppidulo, in clivo aquilonio situm erat (cf. B, fol. 80 et SACHAU, p. 535). Sergius idem de quo nunc, rursus annuntiatur die 23 mensis canun prioris et opportunius fortasse collocatus esset mense canun posteriori. Etenim die 21 ianuarii recolunt Armeni memoriam S. Sergii cuiusdam, ducis Romani, regnante Iuliano Apostata, una cum eius filio Martyrio (*Sâhdâ ?*) a Sapore interfecti, cuius Acta e patrio suo sermone in armenium transtulit hieromonachus Syrus nomine Michael, alias Iacob (*Վկայաբանութիւնք սրբոց*, t. II, p. 280-99. *Սոփերք*

Aggaeus. 3. Et Daniel. 4. Et Miles martyr, anno septingentesimo trigesimo tertio. — XVI. 1. Abraham, et Isaac atque Iacob. 2. Et Zacharias atque Elisabeth, parentes Iohannis. — XVII. 1. * Athenodorus martyr. 2. Et Rabbula episcopus Edessenus. — XVIII. Hananias, Azarias, atque Misael. — XIX. 1. Silvester, Liberius, Xystus, Iulius. 2. Et Probael (1). — XX. Petrus Alexandrinus. XXI. 1. Iustinianus martyr. 2. Et (memoria) * Amphilochii episcopi Iconii. 3. Et Iohannes Carrhanita. — XXII. Proclus episcopus, et Nectarius et Alexander Constantinopoleos. — XXIII. 1. Sergius in monte Sahio (2). 2. Et transitus sancti Gabriel Kostanensis (3), e Kosta, (qui vicus est) prope Hach, inter partem orientalem et aquiloniam (4). 2. Et Gabriel atque Symeon episcopi Edessae. 3. Et Nagranenses milites, qui sunt Homeritae. — XXIV. 1. Eugenia. 2. Et martyres qui in Perside a Chosroe rege perverso interfecti sunt. — XXV. 1. Nativitas Dei Domini et servatoris, e virgine Maria in Bethlehem. 2. Et Antonius Koreisita e genere Omar (chalifae), adiutor eorum qui in angustiis versantur (5). — XXXVI. Festum praeconiorum et laudum (6). — XXVII. Sexaginta quattuor ; alias : quattuordecim milia infantium, quos, missis (satellitibus), interfecit Herodes

Հայկականք, fasc. XVI, Venetiis, 1854, p. 13-52). Locus sanctorum cruore sacratus hic vocatur *Salqh*, Սալք ; in quo non possum non suspicari τὸ χωρίον Σολάχων duodecim milia passuum distans ab urbe Dara (THEOPHYLACTUS SIMOCATTA, II, 3, 12; 4, 10; ed. DE BOOR, Lipsiae, 1887, pp. 75-77). Porro haec omnia revolventi suboritur cogitatio hunc esse S. Sergium cui sacrarium in regione Beth 'Arbâie condidit Achudemmeh Tagritensis, ut Arabes averteret a celebratissimo templo sanctorum Sergii et Bacchi in Resafâ-Sergiopoli (F. NAU, *Histoires d'Ahoudemmeh et de Marouta*, PATROLOGIA ORIENTALIS, t. III, p. 29). — (1) Inane glossema quod Assemani gratis et temere mutat in « Pontifices Romanos ». Forsitan ita corruptum est nomen Michaelis Syncelli qui hoc die annuntiatur in CP. — (2) Vide ad 14[6]. — (3) Celeberrimus Kartaminae sanctus et patronus, cuius mentio saepe iam incidit (vide p. 133, cum ann. 1). De thaumaturgo *Môr Goriie* multa hodieque praedicat Turabdinensium superstitio rusticana (vide E. PRYM et A. SOCIN, *Der neu-aramäische Dialekt des Tûr 'Abdîn*, 2 vol., Göttingen, 1881. Cf. SOCIN, p. 251-52). — (4) Sive *Bâkisiân* (SACHAU, p. 813), quod certe est *Beth Kusiana* prope Hach (ASSEMANI, *Catalogus*, III, 339). Hinc corrigendum quod Alberto Socin ab incolis male indicatum fuisse iam perspexerat Kiepert (ap. SOCIN, p. 268). — (5) Barhebraeus eum nominat *Ruhaï*, ܪܘܚܝ (*Chronicon Syriacum*, ed. BEDJAN, Parisiis, 1890, p. 132); Michael Syrus (III, 487), ut equidem mihi cernere videor : *Ruaïḥ*, (ܪܘܝܚ .رويح i. e. 'animula'); Mohammed vero Birunensis : *Abû Ruḥ* (E. SACHAU, *Chronologie Orientalischer Völker von Albêrûnî*. Leipzig, 1878, p. 292); interpretes tandem Hiberi : *Ravacha* vel *Ravachi* (N. MARR, Агіографическіе матеріалы по грузинскимъ рукописямъ Ивера, in Записки Восточнаго Отдѣленія И. Р. Археолог. Общества, t. XIII, 1901, p. 57-58). — (6) Deiparae.

propter Dominum. — XXVIII. 1. Martyres viginti milia qui Nicomediae passi sunt. 2. Et Iacobus frater Dei (1). — XXIX. Duodecim apostoli. — XXX. 1. Marcellus. 2. Et Abraham scriptor. 3. Et Sergius e monasterio Zukenin (2). 4. Et (memoria) Aina (3) e Beth Kusi (4). — XXXI. Homeritae Nagranenses, et Aretas rex, cum reliqua turba puerorum et mulierum.

IANUARIUS. CANUN POSTERIOR. Principium anni Romanorum. Dies eius triginta unus. Signum ܓܕ. Horae diurnae decem cum dimidia; nocturnae tredecim cum dimidia.

I. 1. Circumcisio Domini. 2. Basilius ex urbe Caesarea et Gregorius Nyssenus fratres consanguinei, ac ceteri doctores Graeci. — II. Iohannes evangelista. — III. 1. Symeon Carrhanita (5). 2. Lazarus Turabdinensis. 3. Et David. 4. Et Athanasius patriarcha (6). 2. Et Lazarus e Zagug (7). — IV. 1. Commemoratio pauperum et peregrinorum. 2. Et Symeon secundus abbas Kartaminae. 3. Et Zosimus martyr. — V. 1. Malachias propheta, 2. Et Gregorius Caesareensis martyr, qui in solitudine est ordinatus et prodigia patravit (8). — VI. Festum Epiphaniae. — VII. Laudes Iohannis Baptistae. — VIII. Princeps martyrum sanctus Ste<phanus>..... (9). — IX. 1. Lucius martyr. 2. Et Aggai episcopus Edessae (10). 3. Pharkia scriptor (11). — X. Theodosius Alexandrinus. — XI. 1. Petrus et Paulus. 2. Et Daniel Edes-

(1) Ἀδελφόθεος. — (2) Prope Amidam urbem. — (3) *'Aïnâ*, i. e. « fons ». An forte intellegenda sit commemoratio fontis cuiusdam portentosi? — (4) Ut suspicor, idem locus atque *Bâkisiân* cuius mentio occurrit 23²; in quo nomine, *Ba-* vix non certo est pro ܟܘܣ. Cf. ad febr. 2. — (5) *Bar Mondar*, monachus Kartaminensis, qui deinde factus est episcopus Carrharum et de fide christiana coram Ma'mûn chalifa disputasse fertur (SACHAU, 758-61. B, fol. 112ᵛ et seq.) : scilicet fraude iacobitarum qui laudem Theodori Abucarae sibi asserere voluerunt (secus tamen *Chronicon civile et ecclesiasticum anonymi auctoris* ed. RAHMANI, Šarfe in monte Libano, 1904, p. 237-38). Quin immo Symeonem hunc vocarunt *Abu Kurra*, sub quo vocabulo ei dedicatam fuisse conicio ecclesiam vel coenobium in *Deir Kur*, Turabdini pago non procul *Habsus*, seu *Habsenas* eius patria (cf. SOCIN, p. 263 et inf. ad d. iun. 3³). — (6) SS.; CP., 4 : Ἀθανασίου κομενταρησίου martyris (cum Zosimo monacho). — (7) Vel Lazarus « vitrarius ». — (8) Cf. MICH. SYR., I, 115 et quae annotavit CHABOT (p. 194 gall. interpret.). CP. : Γρηγορίου τοῦ ἐν Ἀκρίτᾳ. — (9) Man. pr. in marg. : *Abscisio capitis eius, XXIX* <ab>. — (10) *Doctrina Addaï*, ed. PHILIPPS; p. 1 et pass. — (11) Sic : ܦܪܩܝܐ ܡܟܬܒܢܐ. Atqui ܦܪܩܝܐ vel ܐܦܪܩܝܐ est « Afer » sive « Africanus ». Iamvero memorat Michael Syrus (I, 114, cf. p. 113) quendam ܐܦܪܩܝܢܘܣ ܡܟܬܒܢܐ qui liquido agnoscitur esse Iulius Africanus. Hunc virum, in ecclesia orientali quondam clarissimum, a scriptoribus Syris habitum esse pro episcopo iam notavit GELZER (*Sextus Iulius Africanus und die Byzantinische Chronographie*, t. I, Leipzig, 1880, pp. 1, 3, 9-10). E diptychis facilis transitus in ordinem sanctorum. — Hic man. rec. addidit in margine : *Barbašemâ nomen hoc*

senus (1). 3. Et Symeon e Pap, archimandrita Kartaminensis. — XII. 1. Barse episcopus Edessae (2). 2. Et filii Valentis (3) imperatoris, qui fuit Ioviniani, qui fuit Honorii. 3. Et Maximus atque Dometius (4). 4. Et soror eorum * Maducht (5). — XIII. * Hermylus et Stratonicus. — XIV. 1. Iohannes Bar Malche (6). 2. Et * Eutropius (7) atque Theodora mater eius. 3. Et martyres in monte Sinai occisi. — XV. 1. (Sollemnitas) Deiparae : festum sementis. 2. Et Paulus Thebanus. 3. Et Timotheus Edessenus (8). — XVI. 1. Petrus et Paulus, cum in vincula coniecti sunt. 2. Et Evagrius. — XVII. 1. Abbas Pachomius, et abbas Arsenius, et abbas Agatho, et abbas Longinus et Patres Aegyptii. 2. Et commemoratio fidelium qui dona conferunt monasteriis atque coenobiis. — XVIII. Archiepiscopi Alexandriae. 2. Et synodus ducentorum et viginti (patrum) Ephesi. 3. Imperator Theodosius minor. 4. Transitus sancti Symeonis Kartaminensis, anno septingentesimo quadragesimo quarto (9). — XIX. Abbas Macarius Aegyptius. — XX. Abbas Isidorus. 2. Et Euthymius presbyter. 3. Et (commemoratio) sacerdotum. — XXI. 1. Maximus et eius discipuli (10). 2. Agnes virgo : quae est virgo illa proco desponsa. — XXII. 1. Timotheus. 2. Et Anastasia (11). — XXIII. 1. Coronatio Babylae et puerorum qui cum eo erant : Barbadus annos duodecim natus, Apollonius annos novem, * Urbanus (12) annos septem. 2. Et Clemens martyr (13). 3. Et sanctus Addai (14). 4. Et abbas Iohannes. 5. Et sanctus Sabai (patronus) ecclesiae maioris Hachensis atque duodecim milia

chaldaeum... quibus verbis exorditur Barhebraeus elogium martyris Barbasimae Ctesiphontis metropolitae, quem occubuisse scribit die 9 canun posterioris (cf. *Act. Mart. Or.*, 111-16). — (1) De Daniele Edesseno, thaumaturgo exponit Michael, II, 420-21. Vide ad d. apr. 28[2]. — (2) Defunctus a. 378, mense martio (*Chronicon Edessenum* ed. I. Guidi, *Chron. min.*, p. 5). — (3) A : *Valentini*. — (4) Quos in deserto Scetensi monachos fuisse finxit nugator Aegyptius qui se Bisoem protodiaconum ecclesiae Constantinopolitanae esse mentitur. Cf. Wright, pp. 868 et 1142. — (5) Haec alius est familiae. Vide historiam SS. Adurparva, Mihrnarse et *Mahducht* eorum sororis qui passi sunt an. D. 318 die 12 ian. (Bedjan, II, 1-39). — (6) Idem qui die 24. — (7) Lege : Iohannes filius Eutropii (Calybita); CP. 15. — (8) Timotheum Edessae episcopum, qui obiit an. D. 760-761, non semel memorat Dionysius (p. 73 et sup.). — (9) B : Anno concilii Ephesini (fol. 71 et 73v). — C : *Symeonis Kartaminae e Zaithe* (i. e. Symeon ep. Carrharum cf. ian. 3[1]). — (10) CP. : Maximus confessor. — (11) Lege : *Anastasius* martyr Persa; cf. H. Usener, *Acta martyris Anastasii Persae*, Progr. Univ. Bonn, 1894, p. 1-12. — (12) Quos *Urbanum*, *Prilidan* et *Epolon* nominat Gregorius Turonensis (*Historia Francorum*, l. I, c. 30, ed. Arndt, *M. G.*, Scr. rer. merov., t. I, p. 47), fortasse *Siro quodam interpretante* (cf. *In gloria martyrum*, c. 94, ed. Krusch, ibid., p. 552) qui pro ܒܪܠܕܘܣ , ܒܪܒܕܘܣ : *Br(i)l(i)dus* legerit. — (13) Ancyranus, CP. — (14) Vide ad oct. 18[2].

martyrum eius sociorum (1). — XXIV. 1. Iohannes Bar Malche. 2. Et sanctus Heraclas inclusus in coenobio Capharsama (2). 3. Et Xenia, id est « peregrina » (3). — XXV. Sanctus Acha solitarius, qui ad nos detulit fragmentum ligni Crucis (4). 2. Et Gregorius Theologus. 3. Et Gregorius eius pater atque mater Nonna, et Caesarius frater eius sororque Gorgonia. — XXVI. 1. Longinus qui confodit Dominum et Hierosolymis martyrium edidit. 2. Et Xenophon eiusque socii. — XXVII. 1. Translatio ossium Iohannis (5), quae Proclus eius discipulus e Comana in urbem regiam (invexit). 2. Et Hachensis presbyter idemque martyr (6). 3. Et martyres septem incliti. — XXVIII. 1... (7). 2. Et Iohannes cui est evangelium (8). — XXIX. 1. Depositio ossium Ignatii Ignei (9). 2. Et Severus e Capharse (10) archimandrita Kartaminensis. 3. Et martyres Galatae. — XXX. 1. Hippolytus Romanus et martyr sanctus. 2. Et Barsamias episcopus Edessae (11). — XXXI. 1. Iohannes Thaumaturgus, qui est Iohannes Edessae (12). 2. Et martyr Tryphaena (13), quae prodest mulieribus lactantibus et vaccis ut lacte affluant. 3. Et virgines tres : Theodot[i]a, Theoctista, et Theodosia (14) atque Cyrus *Alexandrinus.

FEBRUARIUS. SBAT. Dies viginti octo, et in anno intercalari, viginti novem. Horae diurnae undecim; nocturnae tredecim (15).

I. 1. Sanctus Talia (16). 2. Et sanctus Iohannes Bar Abdun, patriarcha anno millesimo ter centesimo quadragesimo primo (17). 2. Et Elias martyr recens in Beth Kusiana, prope Hach (18). 3. Et Astina, quae et Hevarta (19) mater sancti

(1) Cf. apr. 16^{4}. — (2) *Capher Šâma'* prope Modiad (SOCIN, p. 260); unus e septem vicis « quorum nomina littera *câph* exordiuntur », quos Anastasius imperator coenobio Kartamin addixisse ferebatur (B, fol. 88). — (3) CP. : Eusebia quae et Xene. — (4) Magister sancti Hevara Bar Theodorus, de quo nov. 22. Historia eius habetur in A, fol. 164 et seq. (cf. ASSEMANI, *Catalogus*, II, 249-50). — (5) Chrysostomi. — (6) Vide sept. 15^{1}. — (7) Hic dimidium versus resectum est cum margine superiore; rescribe : « Ephraem Syrus ». — (8) Calybita. — (9) Cf. nov. 16^{2}. — (10) Pagus Turabdini, Hach inter et Modiâd (SOCIN, p. 268). — (11) CP. cf. sup. oct. 8. — (12) Conumerandus cum Cyro, Theodota, Theoctista et Eudoxia, qui sub num. 3 nominantur. Vide CP. — (13) CP. — (14) Lege cum CP. : Eudoxia (ܐܘܕܘܟܣܝܐ pro ܐܘܕܘܣܝܐ). — (15) Trans marg. man. pr. : *Nota* ܗ. — (16) I. e. « puer », martyr Cyrrhensis, anno secundo aetatis, Bybli (Gebail), an. D. 421 necatus (vide WRIGHT, p. 1136-37 et cf. Passionem S. Ciryci). — (17) Obiit an. Gr. 1344 (D. 1033), d. 2 febr., si Barhebraeo fides sit (I, 429). — (18) Vide ad dec. 30^{2}. Damasci, die 1 febr., vertente saeculo VIII, lata sententia a principe Arabum Laith, contigit supplicium τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Ἠλία τοῦ Νέου, τοῦ ἀπὸ τῶν Ἡλιουπολιτῶν (A. PAPADOPULOS-KERAMEUS, Συλλογὴ παλαιστίνης καὶ συριακῆς ἁγιολογίας I = Православный Палестинскій Сборникъ, fasc. 57, Petropoli, 1907), p. 42-59. — (19) I. e. « candida ».

Abai Killithensis (1). 4. Et Sahdust Catholicus, id est « amans Christum » (2), qui mense sbat interfectus est. — II. 1. Inductio Domini in templum. 2. Et (memoria) Symeonis senis : is est Hypapante (3). — III. 1. Transitus sancti Barsumae Senensis (4). 2. Et sanctus Aaron solitarius (5). — IV. 1. Isidorus episcopus Carrharum. 2. Et David Carrhanita. — V. 1. Esdras scriba, filius Abdo, e terra Sambatena, quando captivi Babylone regressi sunt. 2. Et Agatha martyr. — VI. Iohannes e Tella Mauzelath, qui mortuus est in carcere dyophysitarum (6). — VII. 1. Quattuor milia (7) martyrum. 2. Et Sabas Iulianus (8). — VIII. 1. Severus patriarcha (9) : dies migrationis eius, anno octingentesimo quadragesimo nono. 2. Et Sirina martyr Persa (10). — IX. Nicephorus martyr. — X. Charalampes et Daucta martyres. — XI. 1. Theodota martyr. 2. Et Blasius episcopus. — XII. 1. Paulus et Iohannes. 2. Et Meletius episcopus Antiochiae. 3. Et tria milia martyrum (11). — XIII. Martinianus solitarius. — XIV. Xystus Romanus. — XV. Iulianus Sabas : migratio eius anno sexcentesimo septuagesimo octavo. 2. Et Onesimus martyr. 3. Et Cyprianus atque Iusta virgo. — XV. Pamphilus martyr et socii eius. — XVI. Sanctus Abda episcopus Edessae. — XVII. 1. Et sanctus Maruthas episcopus Maipheractensis, martyresque plurimi Maipheractenses (12). 2. Et transitus Ioviniani imperatoris. — XVIII. Philoxenus Mabbugensis. — XIX. 1. Sanctus Ephraem, et sanctus Isaac et sanctus Iacobus, doctores Syri. 2. Et sanctus Asia (13). — XX. 1. Sahdust episcopus, id est « regis amicus », martyresque centum viginti octo (14). — 2. Et Georgius Carrhanita (15). — XXI. Pater noster domnus Timotheus Alexan-

(1) De quo ad sept. 1^1. — (2) Verius infra, d. 20 : « amicus regis » (non ܡܫܝܚܐ sed ܡܠܟܐ), e persico sermone : دوست . شاه. Idem qui oct, 19^1 dictus est Sadoc. — (3) En tibi S. Symeonem sollemnitatis nomine appellatum. — (4) Šene (*Kefšinne?*) inter Hidil et Isphis (cf. suppl. Barhebr. II, 535 et SOCIN, 245). — (5) In marg. man. rec. : *Sanctus Aaron Singarensis*. Recole annotata ad d. oct. 22^3. — (6) Vide IOH. EPHESINUM, *De Beatis Orientalibus*, c. XXIV (LAND, II, 169-77), et H. G. KLEYN, *Het leven van Johannes van Tella door Elias* (Leiden, 1882), p. 3-83. — (7) SS. : Martyres mille cum protectoribus quattuor, passi Nicomediae. Iidem qui die 12^2 numerantur ter mille. — (8) CP. : Iulianus martyr Emesae. — (9) Antiochensis. — (10) Mater sancti Behnam de quo dec. 10. Cf. BEDJAN, II, 397-44. — (11) Cf. 7^1. C : *Duodecim milia*. In margine man. rec. : *Moyses Bar Cepha : dies obitus eius anno millesimo* <ducentesimo quarto Graecorum>, i. e. an. D. 903. Patriarcha Iacobitarum, cuius Vita ex A edita est *Bibl. Or.*, II, 218. — (12) I. e. quos Maruthas Martyropolim (*Maiperkaṭ*) transtulit. — (13) Cf. oct. 15^2. — (14) Cf. 1^4. — (15) Recentem ecclesiam Sancti Georgii ܕܡܦܩܐ, Carrhis everterunt moslemi an. D. 835, una cum templo Sancti Achudemmeh « *quae Carrhis erant ecclesiae Tagriten-*

drinus (1). — XXII. Eugenius martyr et solitarius. — XXIII. Polycarpus martyr et episcopus Smyrnae. — XXIV. Inventio capitis Iohannis Baptistae, Emesae. 2. Et Sergius diaconus e *Huzri (1). — XXV. 1. Iohannes patriarcha. 2. Et Symeon Darensis. Et Elias episcopus ex Ainvarda (2). — XXVI. 1. (Memoria) sanctae Theae martyris (3). 2. Et Porphyrius Gazae antistes. — XXVII. Marcianus, qui Constantinum magnum e baptismo suscepit (4). — XXIX. 1. Nestorius, non maledictus ille quidem, absit! (5). 2. Et Byzantius et qui cum eo passi sunt (6). XXIX. Eusebius solitarius et martyr; eius oratio nobis adsit!

Adar. Dies triginta unus, Signum eius : ♓. Horae diurnae duodecim; nocturnae duodecim. Principium anni Cypriorum.

Iared filius Mahlaleel. Mortuus est anno nongentesimo nonagesimo (7) in mense adar, feria sexta (8). Vir sanctus cuius tempore descenderunt filii Seth e monte sancto et constuprati sunt cum filiabus Caïn neque rursus ascenderunt (9). Graeci die nono adar, qualiscumque occurrit, memoriam agunt Quadraginta martyrum; Syri autem inter septimum diem et decimum quartum sabbato <hebdomadis> in qua intercurrant Quadraginta martyres; quod si dies nonus incidit in sabbatum (10), vel in dominicam, vel in dimidiatam quadragesimam, festum agitur, propterea quod his diebus liturgia celebratur. Feria quarta mediae quadragesimae, festum serpentis aenei, <quae est sancta> Crux; et Abgar regis, atque Guriae, Samonae et Habib. Festum vero Annuntiationis, in quemcumque die incidit, celebrat ecclesia. et si in parasceve Crucifixionis occurret, sacris operabi-

sium » (*Chron. eccles.*, Rahmani, p. 242, cf. p. 227 et Mich., III, 529). *Kube* vel *Beth Kube* dictus fuisse videtur locus quidam in ipsa urbe Carrhis (Rahmani, loc. cit., cf. Wright, *Catalogue*, pp. 151, 153). Memento tamen pagum nomine *Deïr Kûbê* exsistere ad orientem Hach (Socin, p. 268). — (1) Scriptor, Wright, p. 933. — (2) *'Aïnvarda* vel *'Aïn Varda*, « fons rosae », in Turabdino, prope Modiad ad orientem (Socin, p. 267). Cave tamen te fugiat, hodie in Perside passam esse virginem nomine Varda, cuius socius S. Daniel ad eundem diem annuntiatur in C (*Acta Mart. Or.*, p. 104). — (3) CP. : τῆς ἁγίας μάρτυρος Θεῆς; SS. : τῆς ἁγίας Μαρθεῆς. Haec eadem Thea cum SS. Paulo et Valentina annuntiatur in CP., die iul. 15^{a} et febr. 10^{a}, ubi genuino nomine vocatur Ennatha. In libello Eusebii de martyribus Palaestinae syriace vocatur *Hatta* i. e. « soror » (cf. B. Violet, *Die Palästinische Märtyrer*, Texte und Untersuchungen, t. XIV, 4, 1896, p. 142-43). — (4) Calendarium Melchitarum arabice scriptum an. D. 1030 (Assemani, *Catalogus*, II, p. 201) : *Marcianus episcopus* ܢܝܩܐ (Nicaeae ?). CP., 18^{a}; SS., 17 : Marcianus imperator ! — (5) CP. — (6) CP. — (7) Ita cod. — (8) Alias (cf. C. Bezold, *Die Schatzhöle*, Leipzig, 1888, p. 70-71) : die 13 maii, in parasceve. — (9) Ibid., p. 58 et seq. — (10) Certe otiatur hoc verbum.

mur (1). Primo sabbato ieiunii sanctus Batle (2) eiusque soror Maria; et sanctus Ephraem doctor Syrus, atque sanctus Theodorus.

I. 1. Eudoxia Samaritana. 2. Et Nestor, non maledictus iste quidem, absit! et *Tribimios (3). 3. Et Theodotus. 4. Et Ioseph. — II. 1. Clemens. 2. Et Bartholomaeus. — III. 1. Caelestinus patriarcha. 2. Et Sisinnius (4). — IV. Paulus martyr. — V. 1. Marcus solitarius, qui oculos hyaenae aperuit. 2. Et Gerasimus. 3. Et Conon hortulanus et martyr. — VI. Martyres quadraginta duo, qui in Syria passi sunt (5). — VII. Eubulus et Iulianus medici (6). — VIII. 1. Barhadbesada (7). 2. Et sanctus Hermes, discipulus (8). 3. Et Dionysius (9). — IX. Martyres quadraginta Sebastenses. — X. 1. Septem martyres Corinthii. 2. Et sanctus Maruthas Tagritensis (10). XI. 1. Sanctus Habib. 2. Et sanctus Zecha (11). 3. Et sanctus Nicodemus. — XII. Iohannes *Theophanes. In aliis exemplaribus : hic nomen habebat Alexius, et nocte feriae sextae mortuus est (12). — XIII. Sanctus Epiphanius Cyprius. — XIV. 1. Iulianus. 2. Et beati (monachi) e coenobio sancti Abchai (13). — XV. Romanus, qui exsecta lingua loquebatur (14). — XVI. Sanctus Zeoras Amidensis, solitarius (15).

(1) Ita codex, Assemani non reclamante. Videndum tamen an non omiserit amanuensis describere diem in quem festum Annuntiationis e Sacra Parasceve transferretur. — (2) Cuius nomine patriarcha Mardinensis Ignatius Bar-Sabta ecclesiam Nisibi condidit, an. D. 1480 (Barhebraei supplementum a. Anonymo, I, 839-41). — (3) CP. — (4) Martyr Antiochensis, cuius Acta aethiopice edita sunt ante paucos menses a F. M. Esteves Pereira (cf. sup. p. 69-70). Passus est regnante Diocletiano, 10 mensis miazaia (5 martii; opere illic citato p. 269). — (5) Martyres Amorii. — (6) CP. Εὐβούλου καὶ Ἰουλιανοῦ ἰατροῦ. — (7) Inter discipulos Samuelis Kartaminensis memorat B, fol. 52 : ܒܪ ܚܘܫܒܐ ܗܘ ܕܦܬܚ ܥܝܢܘܗܝ ܕܛܠܝܐ ܕܐܢܫ ܐܟܙܪܝ ܚܕ ܘܥܘܠܐ ܥܘܪ ܗܘܐ ܟܕ ܐܡܪ ܢܚܙܐ ܡܢܐ ܥܕܪ ܠܗ ܡܫܝܚܐ : *Barḥušabâ, qui aperuit oculos pueri, quos homo quidam crudelis et impius excaecaverat dicens : « Videamus quid eum Christus adiuturus sit »*. Idem inter praecipuos Kartaminae patronos colebatur (cf. Sachau, p. 589) eique videtur dicata fuisse ecclesiam *Mâr Hušâba* cuius ruinas prope Hach vidit Socin (p. 247). Nam pro ܡܪܝ ܚܘܫܒܐ audiendum erat ex ore vulgi *Môr Hušâba*. — (8) Man. pr. in marg. : *Apostolus ac minister episcopatus tempore magistri eius. XL* (martyres). *Et quae sequuntur*. Cf. SS. (CP. Ἑρμύλος). — (9) Man pr. in marg. : « *Alibi : Cor*<inthius>; cf. CP. 10; SS. 8, 9. — (10) Obiit d. 2 mai an. D. 649 (F. Nau, *Histoires d'Akhoudemmeh et de Marouta*, p. 95). — (11) Idem, opinor, ac Nicodemus qui proxime sequitur, sicut die dec. 6 Zacha erat « Nicolaus ». Adeoque primo loco nominatum esse suspicor commenticium illum Habib Gamalielis filium qui cum suo patre et Nicodemo inducitur in epistula Luciani de inventione ossium Stephani protomartyris (cf. Land, III, 83). — (12) Vide ad d. 17. — (13) De quo ad mentionem Hevarae Bar Theodori, nov. 22. — (14) Ergo idem Romanus martyr Palaestinensis, cuius historiam Prudentius exornavit (*Peristephanon*, X), cf. CP., nov. 18[2-3]. — (15) Stylita de quo Iohannes Ephesinus, *De beatis Orientalibus*, c. II (Land, II, 12 seqq.).

— XVII. Alexius martyr inclitus (1). — XVIII. 1. Cyrillus Hierosolymitanus. 2. Et Lamech; <vixit annos nongentos> septuaginta septem. 3. Et Haninas eremita; vixit annos decem et centum, obiitque mense adar, anno octingentesimo undecimo (2). — XIX. 1. Stephanus coenobiarcha ... 2. Et memoria Chrysanthi et Dariae. — XX. 1. Septem mulieres martyres (3). 2. Et sanctus Iacobus Baradaeus solitarius et abstinens (4). — XXI. Macarius minor. — XXII. *Callinice et * Basilissa martyres (5). — XXIII. 1. Macarius maior. 2. Et Polycarpus Smyrnae episcopus, ministerio functus annos octoginta septem. — XXIV. 1. Thomas stylita Tellensis (6). 2. Et martyres octo (7). — XXV. Annuntiatio Dei genetricis Mariae. XXVI. 1. Elisaeus propheta. 2. Et complures martyres Romani. — XXVII. 1. Sanctus Eleutherius (8). 2. Et Philetus (9). 3. Et martyres Persae. 4. Et Iohannes. 5. Et Lydia (10). — XXVIII. 1. *Rhodion discipulus. 2. Et Matrona martyr. 3. Et Kurbur praefectus atque martyr (11). 4. Et Hilarinus eiusque socii. — XXIX. Sanctus Theodoretus martyr. — XXX. Ioiada propheta. 2. Et Marcus episcopus atque Cyrillus diaconus (12). 3. Iaria martyr (13). — XXXI. 1. Martyres triginta octo. 2. Et Iohannes Dailamita (14). 3. Et Abda episcopus atque Beniamin diaconus (15).

Hebdomas albarum. Feria secunda : Maria Magdalene et prophetae. Feria tertia Abraham et Isaac et Iacob, et Adam atque Eva, et Seth, et Henoch. Feria quarta, Dei genetrix Maria. Feria quinta, apostoli et doctores. Feria sexta, martyres qui Maiphe-

(1) In margine man. prima (?) : *in alio exemplari* <filius> *Euph*<emiani>; cf. sup. 12[1]. — (2) In margine man. rec. : *Hananias et vocatus est... per imminutionem* (?) CP. 18[2] : Ἀνίνα τοῦ θαυματουργοῦ; cf. WRIGHT, *Catalogus*, p. 1126. — (3) CP. : Alexandria et sociae ἐν Ἀμίνσῳ. — (4) In margine man. rec. : *|||||ʻânâ* (Baradae-). *Porro designatur alio nomine ||||| Pesiltae.* De quo additamento ac de ipso elogio, quod misere corruptum et interpolatum est, vide quae notantur ad exemplar syriacum (p. 149, ann. 15-16) et ad iul. 30[2]. In verbo *solitarius* rescriptum est *episcopus* (?); pro *abstinens*, lege *Macarium*, qui die insequente. — (5) CP. — (6) Floruit saeculo octavo ineunte (DENYS, p. 12). — (7) CP. — (8) Martyr romanus : CP., dec. 15; vide 27[3] : Kurbur. — (9) CP., 29[3] : Philetus, Lydia et soc.. SS., 27-28. — (10) Cum Phileto coniungenda. — (11) Magistratus Romanus qui inducitur in Passionem S. Eleutherii (BEDJAN, IV, 424 et al.). Idem qui dec. 14[5] appellatus est. CP. dec. 15 Κορέβωρ al. Κορέμων. — (12) CP. 28[1] et SS. 30 : Marcus episcopus Arethusae. — (13) Irene (ܐܝܪܝܢܐ pro ܐܝܪܝܐ)? Cf. SS. apr. 3. Attamen Iaria virgo memoratur in Passione S. Febroniae (BEDJAN, V, 578 et seq). — (14) Mausilensis, qui evangelium Dailamitis praedicasse fertur. Eius Acta inepte fabulosa exstant in codice arabico Paris. Bibl. Nat., nº 281. — (15) Martyres Persae satis noti. Eorum Passio armenio sermone translata prostat in Վկայաբանութիւնք սրբոց (I, 1-5). Passi sunt cum eis Sain (Սաին) et Hormizdas, de quibus ad sept. 1.

ractae occisi sunt. Et confessores atque peregrini. Et Maria, et Hanna et Elisabeth. Sabbato, sacerdotes et solitarii et coenobitae, atque omnes fideles defuncti. Haec porro hebdomas « Sancta Resurrectio » vocatur, scilicet prima hebdomadum post resurrectionem. Die decimo sexto, memoria Iohannis Bar Naggare (1).

NISAN, mensis florum. Horae diurnae tredecim cum dimidia; nocturnae undecim cum dimidia. Principium anni Hebraeorum Arabum, Atheniensium. Dies habet triginta; notam ܟ. APRILIS.

I. 1. Maria Aegyptia, quae fuit meretrix. 2. Kardag e genere Sennacherib, qui feria sexta coronatus est (2). — II. Mahlaleel, qui vixit annos octingentos quinquaginta novem. 2. Philippus et Bartholomaeus. — III. 1. Translatio Eliae prophetae in caelum. 2. * Theodosia martyr (3). 3. Nicetas martyr (4). — IV.* 1. Barlaha (5). 2. Et * Galycus martyr (6). 3. Et Irene martyr. — V. Claudianus, Diodorus et reliqui socii eorum (7). — VI. 1. Mortuus est pater noster Adam, sicut ait sanctus Ephraem, nempe eodem, quo creatus erat, die. 2. Martyres centum et viginti (8). — VIII. Adrianus et Natalia, Iazdinducht martyr, coniux Nataliae, atque martyres viginti centum (9). 2. Agabus propheta novi (Testamenti). — VIII. 1. Alexandra, alias Pulcheria. 2. Acylina martyr, sociique eius martyres ducenti. 3. Rufinus diaconus. — IX. 1. Transitus Iuliani patriarchae, syncelli sancti Severi, anno octingentesimo septimo (10). 2. Sanctus Pherubar (11), duae mulieres meretrices et quadraginta milia (12) septingentae animae cum eo. 3. Chri-

(1) Martyr nobis ignotus. Fortasse aliquis ex iis quos in partibus Ninive interfecit Barsamna Nisibenus (MICH., II, 423 et seq.). Huius Iohannis nomine coenobium Bartollae prope Mausilum aedificavit Gregorius Barhebraeus, qui eiusdem martyris lipsana repperit die 23 nov. a. 1284 (BARHEBR., II, 461-63). — (2) I.-B. ABBELOOS, *Acta Mar Kardaghi* in *Anal. Boll.*, t. IX, p. 1 et seq., cf. pp. 12, 101. — (3) In urbe Tyro : SS., et CP., mai 29. — (4) CP. de martyrio silet. — (5) Cf. d. 24. — (6) CP. — (7) CP., 5[2]; SS., 4. — (8) Idem qui postridie. — (9) Seleuciae passi an. D. 344, meuse aprili, luna 6 (*Acta Mart. Or.*, p. 105-109); cf. CP., aug. 26[1]. — (10) Ita cod.; cf. opusculum quod Land inscribi voluit « *Librum chalipharum* » (LAND, I, 14) : *Anno nongentesimo sexto sanctus Iulianus patriarcha mortuus est, die nono iulii* (i. e. an. D. 595). Michael item annum Graecorum 906 statuit (III, 388). — (11) Rescribe : *Sancta Tharbo*, cuius nomen chaldaeum a graeculo amanuensi mutatum in Φερβουθήν vel Φερφοϐθην vel quod simile monstrum, Syrus noster non agnovit (cf. CP., SS. et H. DELEHAYE, *Les versions grecques des Actes des martyrs persans*, in PATROLOGIA ORIENTALIS, t. II, pp. 439 seq., 558-59. Cf. maii 5. — (12) *Meretrices* (ܙ̈ܢܝܬܐ), legendum erat « soror » (ܚܬܐ), et *quadraginta milia*, i. e. myriades (ܪ̈ܒܘܬܐ) quattuor, procul dubio concreverunt ex nomine Pherbuta (ܦܪܒܘܬܐ). Quod mendum videtur nostro codice antiquius, nam legitur in C : *Martyrum quadraginta milia et ducentorum trium.*

stophorus (1) et satelles (2) qui abscidit caput eius (die) vigesimo septimo. — X. 1. Sanctus Iacobus Nisibenus. 2. Sanctus Barhadbesaba (3). — XI. 1. Silvanus (4). 2. Et sanctus Mamas (5). 3. Et (memoria) Antipae <episcopi> et martyris. — XII. 1. Antipas episcopus et martyr (6). 2. *Crescens martyr (7). — XIII. 1. Artemo. 2. Et *Adrianus (8). 3. *Guhistazad martyr (9). 4. Abbas Serapion asceta. — XIV. 1. Aristarchus et Trophimus. 2. Et Symeon catholicus (10), cum episcopis ac presbyteris centum, et Ziad (11) diaconus, die crucifixionis Domini. — XV. 1. Mille martyres (12). 2. Quadraginta martyres Bartollae (13). 3. Et Georgius (episcopus) gentium anno millesimo trigesimo sexto (14). — XVI. 1. Leonides martyr. 2. Agape et *Chionia martyr<es> (15). 3. Et sanctus Andreas episcopus. 4. Et duodecim milia sexcenti triginta quattuor <martyres>, inter quos christianam fidem doctus est sanctus Sabas, qui martyrium edidit die decimo sexto mensis ab (16). — XVII. 1. Acacius episcopus (17). 2. Et sanctus *Zoilus (18). — XVIII. 1. Cyriacus qui passus est Carrhis (19). 2. Et transitus sancti Abraham, magistri sancti Barsumae (20). — XIX. (Memoria) *Leonidae (21) martyris et sociorum eius. — XX. 1. (Memoria) Paphnutii. 2. Et sanctus *Socrates. (22) 3. Et sanctus Iacobus. — XXI. 1. Nathanael

(1) A : ***Et Chrestus***. Correxit man. rec. infra nomen in margine : ***Et sanctus Christophorus***. In margine fol. 185, corrector idem : ***Illi passi sunt mense nisan, die nono, in dominica. Sanctus vero Christophorus cum speculatore exitum habuit in mense nisan, die vigesimo septimo, feria quarta***. Vide 27[1]. — (2) A : *Speculator*. — (3) Cf. ad d. febr. 8[1]. C addit : *et undecim discipuli eius*. — (4) Cf. SS., maii 2 et 3. — (5) Cf. SS., maii 6. — (6) Idem qui heri CP., 11 ; SS., 12 : Antipas episcopus Pergami et martyr. (Recole quae notata sunt p. 137.) — (7) CP. 15[1] ; SS., 12 et 13. — (8) Cf. SS., apr. 16 et 17. — (9) Eunuchus Saporis II ac socius S. Symeonis de quo die sequenti ; cf. SS. et *Acta Mart. Or.*, I, 24 et seqq. Alius *Guhištâzad*, item eunuchus, Seleuciae occisus fuit (ibid., p. 100). — (10) *Bar Ṣabbâ'e*, CP. et *Acta Mart. Or.*, 10-31. — (11) CP. 17[2] : Ἀζὰτ τοῦ εὐνούχου, corrige ex *Actis Mart. Or.*, l. c. : Γουσθαζάτ : idem qui pridie annuntiabatur. — (12) CP., 17[2] : χιλίων μαρτύρων καὶ Ἀζὰτ τοῦ εὐνούχου; vide ann. proximam. — (13) Bartolle suburbium Mausili et quasi urbs altera trans Tigrim, in finibus Ninive (*Iacut's Geographisches Wörterbuch*, ed. F. Wüstenfeld, t. I, Leipzig. 1866, p. 567). Videntur ergo hi martyres esse XL socii SS. Behnam et Sara de quibus dec. 10 (cf. Assemani, *Catalogus*, III, 132 et Bedjan, II, 416 et seq). Bartollae a Barhebraeo reperta fuisse ossa Iohannis Bar Naggare modo legimus (p. 179). — (14) Georgius episcopus Arabum vagantium obiit mense febr. an. Gr. 1035 (D. 724). — (15) CP. — (16) Vide aug. 16[2]. SS. ; CP., 17[4] : Sabas Gothus. — (17) Mitylenensis, CP., 18. — (18) CP., 14[3] ; SS., 13. — (19) Cf. Wright, *Catalogue*, p. 1118. — (20) Vitam eius et miracula scripsit Stephanus eius discipulus (Wright, p. 1128-29). Monasterium ei sacrum in pago Garbia i. e. « aquilonio » prope Modiàd Turabdini memorat A, fol. 240[r] (Assemani, *Catalogus*, II, 246). — (21) Cf. 16[1]. — (22) Socius S. Theodori ; SS., 19.

apostolus. 2. Petrus Callinicensis, anno nongentesimo secundo (1). 3. Et sanctus Malchus, filius sororis sancti Augin, die quinto Paschae (2). — XXII. 1. Petrus Antiochensis (3). 2. Et Honorius martyr 3. Et sanctus Paulus qui Cantica exposuit (4). — XXIII. 1. Sanctus Georgius martyr. 2. Et Silvanus Edessenus (5). — XXIV. (Festum) Barlahae (6). — XXV. 1. Coronatio Marci evangelistae. 2. Et Adurhormizd (7), qui et Dadiesus (8) martyr Persa : dies coronationis eius. — XXVI. Basilius episcopus et martyr (9). — XXVII. 1. Christophorus Barbarus et socii eius septingenti (10). 2. Et Symeon Bar Ioseph (11). — XXVIII. 1. Sanctus Addaeus apostolus, princeps discipulorum septuaginta. 2. Et Daniel episcopus Edessae (12). 3. Et sanctus Phinees Hachensis (13). — XXIX. 1. Martyres novem. 2. Et Sophonias abbas Kartaminensis (14). — XXX. Iacobus frater Domini, <idemque> filius Ioseph; alias Ioseph Zebedaei filius.

Iar. Dies triginta unus. Nota. ܠܐ Horae diurnae quattuordecim cum dimidia; nocturnae novem cum dimidia. MAIUS.

I. Ieremias propheta. 2. Et sanctus Maruthas Tagritensis : (invocatur) in ereptione liberorum (15). 3. Et Moyses propheta, atque Aaron sacerdos. 4. Et (sancta) * Aphrodisia martyr (16).

(1) Antiochiae patriarcha. Obiit in coenobio Gubba Barraia, die 22 apr., si tamen Michaeli fides sit (II, 386). — (2) Bedjan, V, 467. — (3) Idem profecto ac Petrus Callinicensis 22². — (4) Paulus Nisibenus? — (5) Huius nominis episcopum d. 17 oct. an. D. 398 mortuum esse refert *Chronicon Edessenum* (Guidi, *Chron. min.*, p. 6). — (6) C : *Sancti Barlahae martyris, qui est paganorum servus*. De variis sanctis Barlaha vel Barlaam exponitur in *Anal. Boll.*, t. XXII, p. 129 seqq.). — (7) Pater sanctae Anahid, qui inducitur in Actis sancti Pethion auctioribus (Bedjan, II, 565-83). — (8) Reapse is pater fuit S. Pethion. — (9) Forsan Basilius quondam episcopus Mardin, qui obiit in exturbatione Edessae, d. 23 dec. an. D. 1144 (cf. Mich., III, 630). — (10) Idem qui d. 9³. Cf. Acta eius syriaca (Ioh. Popescu, *Die Erzählung oder das Martyrium des Barbaren Christophorus und seiner Genossen*, Leipzig, 1903, pp. 23, 26). CP. alios martyres huius nominis appellat ad 20 et 24. Cf. ibid., maii 9². — (11) C : Symeon frater Ioseph. Infra 30 et CP. — (12) Cf. ian. 11². — (13) Commemoratio eius praecipua (Bedjan, IV, 217; cf. oct. 15⁴). Phinees iste, advena ex urbe Taneos, passus est in *Pheneck* ad Tigrim (Bedjan, p. 211). Asceterium eius nomini dedicatum fuit in pago *Azeck* prope *Ausar* (p. 217; cf. Socin, p. 244-45). Memoratur etiam in eius Passione coenobium S. Achae (cf. ian. 25), in *Zernokâ* Turabdini (Bedjan, p. 211; cf. Socin, p. 264). — (14) Isne qui nominatur in B, fol. 52 : ܨܦܢܝܐ ܕܣܡ ܠܗ ܢܡܘܣܐ ܕܬܘܒ ܠܐ ܢܡܠܠ : *Sophonias qui sibi legem indixit ne iam loqueretur?* — (15) Depositus d. 2 mai an. D. 649 (F. Nau, *op. cit.*, Patrologia Orientalis, t. III, p. 95). — (16) A : *Abdachisia*. Nomen prorsus ambiguum corruptum esse opinor ex ܐܒܪܘܕܝܣܝܐ vel ܐܦܪܘܕܝܣܝܐ. Nempe ex nomine *Aphrodisiae* urbis in Caria, quod in martyrologio Hieronymiano et in breviario syriaco ad diem apr. 30 inscribitur (*Acta SS.*, l. c., pp. [LXVI] et [52]), ficta est Aphrodisia quaedam martyr, quam hic reperimus (cf. *Synax. Eccl. CP.*, p. 1009).

5. Et sanctus Michael cum eius sorore, qui <passi sunt (1)> extra portam australem urbis Mardin, <in loco> qui vocatur coenobium Columnae (2). 6. Et sanctus Iohannes Caphanae, qui (vicus) est supra Zaz (3). — II. 1. Mors Noe iusti viri, qui vixit annos octingentos et quinquaginta. 2. Et Alexander Alexandrinus. 3. Et sanctus Daniel Galasensis (4), qui iuvat contra daemones et febres. 4. Et sanctus Achudemmeh episcopus, qui anno octingentesimo coronatus est (5) : hic est puer quem resuscitavit sanctus Sallita (6). — III. 1. Sanctus Sabbatius (7). 2. Et senior sanctus Iulianus (8). <3.> Et Mamas martyr (9) cum eo Timotheus. 4. Et (festum) Mauri (10). 5. Et Sebastiane martyr. — IV. 1. Martyres complures. 2. Et sanctus Eleazar Habsenosita (11). — V. 1. (Memoria) Irenes (12). 2. Et Leontii martyrum (13). 3. Et (festum) Gaianae (14). 4. Et Barbarus (15). 5. Atque Pelagia (16) martyres. 6. Et sancta Tharbo et Meka-

(1) Vel *conditi*. — (2) E : *Michael in coenobio Piscis* (ܕܝܪܐ ܕܢܘܢܐ). — (3) Ecclesiam Sancti Iohannis in *Deir Cephân*, non procul ab Hach repperit SOCIN (p. 250). — (4) Manus rec. in margine : *Dies mortis sancti Danielis fuit in mense iar, die secundo*. (Nota postridie obiisse S. Danielem Scetensem; vid. ad. iul. 2[3]). Vitam S. Danielis in coenobio Galasensi montis Aisum indicat PAYNE SMITH (*Catalogus*, col. 542). Mons *Aišum*, ܐܝܣܘܡ, Graecis 'Αϊσουμᾶς dictus (hodie *Karadžadagh*) Turabdino ad occidentem finitimus erat, ei tamen extraneus (G. HOFFMANN apud GELZER, *Georgius Cyprius*, p. 157; cf. DENYS, p. 69). Titulo Sancti Danielis ܕܐܠܝܫ, monasterium aedificavit Iohannes Mardensis in monte ܕܚܕܝܘܗܝ (*Bibl. Or.*, II, 221, 228). Coenobium eiusdem nominis in finibus Damasci indicat NÖLDEKE, *Zur Topographie und Geschichte des Damascenischen Gebietes und Haûrângegend*, in ZEITSCHRIFT DER DEUTSCHEN MORGENLÄNDISCHEN GESELLSCHAFT, t. XXIX (1875), p. 439. — (5) Idem profecto qui rursus iun. 2 et aug. 2; at hodie personam gerens e fabula. — (6) Et ideo dictus est Achudemmeh « *quia Dominus eum a mortuis suscitavit* » (in Vita S. Sallitae, BEDJAN, I, 450). Minus absurde in alio exemplari (cf. SACHAU, p. 568) vocatur *Achimârâh* (lege : *Achiehmârâ* : « animavit eum Dominus », ܐܚܝܗ ܡܪܗ pro ܐܚܝܡܪܗ). Obiisse fertur in monte Cevila Corduenes, ubi solitariam vitam duxerat (BEDJAN, l. c.). Alius Achudemmeh Kartaminensis B, fol. 53. — (7) Sabbatius quidam solitarius saxum incolens ad ripam Euphratis describitur in Vita S. Abchai quae legitur in A, fol. 144v et seq. (e codice Brit. Mus. Add. 12174, edit. a BEDJAN, VI, 557-614, cf. p. 607-608). — (8) Iulianus Sabas. — (9) A : *Mima martyres*. SS. : Παχωμίου, Ἱλαρίωνος καὶ Μάμαντος. — (10) SS. : Ἱερομάρτυρος Μαύρου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ. — (11) Pagus *Habsenâs*, syriace *Habsus* in Turabdino, prope Modiad (SOCIN, p. 266). CP. : Lazarus resuscitatus. E : *Dominica prima maii, Lazarus Habsenosita*. — (12) CP., 4[1] : Penelope, quae et Irene, filia Licinii et Liciniae. — (13) Cf. CP., 4[5], et probabilius, ut equidem reor, BEDJAN, VI, 217 : S. Leontius, Tripoli in Syria passus, d. 18 iun.; idem de quo Severus Antiochensis paulo post Pentecosten orationem habuit (ASSEMANI, *Catalogus*, III, 234; cf. F. NAU in *Anal. Boll.*, XIX, p. 9-12). — (14) SS.; CP., 4 : Gaianus et Gaiana. — (15) SS.; CP., 8. — (16) CP., 5[1]. A Barbaro seiungenda.

dasta, sorores sancti Symeonis Catholici, atque sanctimonialis earum ancilla (1) : quae tres serra sectae sunt. 7. Et sanctus Moyses solitarius e Scete (2). 8. Et Karkus martyr (3). — VI. 1. Novatus et Demetrius eorumque socii (4). 2. Et Iob vir iustus. 3. Et Sergius atque Bacchus. — VII. 1. Crux quae Constantino visa est. 2. Et Acacius martyr. 3. Et sanctus Habib episcopus. — VIII. 1. Iohannes evangelista. 2. Et Dei genetrix. 3. Et abbas Arsenius. — IX. 1. Isaias propheta. 2. Et Probus martyr. — X. Simon Chananaeus idemque apostolus. — XI. 1. Coronatio Euphemiae martyris. 2. Et Barnabas. 3. Et Abgar rex atque Addaeus apostolus. 4. Elisaeus Garbiensis (5). 5. Et sanctus Bassus atque Susanna eius soror (6). — XII. 1. Sanctus Iacobus Nisibis episcopus. 2. Et Epiphanius (7). — XIII. 1. Methodius episcopus et martyr. 2. Et Isaac doctor (8). — XIV. 1. Egressus Addaei apostoli ex urbe Edessa. 2. Et Isidorus (9). 3. Et *Pachomius (10). 4. Et (memoria) Glyceriae martyris. — XV. 1. Festum Dei genetricis ad aristas. 2. Et transitus sancti Samuel Kartaminensis (11). 3. Et coenobiarcha Tabennesiotarum (12). 4. Et Bochtiesus martyr, atque Isaac et Symeon, Persae (13). — XVI. 1. Duodecim milia <martyrum (14)> 2. Et Ebediesus episcopus (15). 3. Et sanctus Theodorus (16). — XVII. 1. Iudas apostolus, frater Iacobi et Iohannis. 2. Et abbas Pachomius. 3. Et sanctus Andronicus, e septuaginta (discipulis). — XVIII. Petrus et Dion<ysi>us martyres (17). — XIX. 1. Patricius martyr cum sociis. 2. Et Agrippa martyr. — XX. 1. Quattuor evangelistae. 2. Et Marcus Tarmakanus (18). 3. Et *Thalelaeus misericors (19). — XXI. 1. Con-

(1) Pherbuta et sociae. Vide apr. 9[2]. Nomen *Mekadaštâ*, i. e. « Sanctificata » non legitur in Actis. Forsitan hic irrepsit pro « Deo dicata » vel quid simile. — (2) Vid. infra, ad sept. 27[3]. — (3) Ignotus. Cf. Martyrologium syriacum : *Et Heros* (ܘܐܪܘܣ) *episcopus Antiochiae* (*Acta SS.*, Nov. t. II, 1, p. [LVI]). — (4) CP. : Demetrius, Danax, Donatus et socii. — (5) *Garbia* prope Modiad; vide p. 180, ann. 20. — (6) Vide I. B. Chabot, *La légende de Mar Bassus, martyr persan* (Paris, 1893), p. 49. Reliquiae S. Bassi conditae putabantur in coenobio ab eius nomine dicto in *Hedel* prope *Isphis* Turabdini pago (Chabot, pp. 48, 63, 66; cf. Socin, p. 245). — (7) CP. et C : Epiphanius Cyprius. — (8) Ut videtur S. Isaac, Ninive episcopus, de quo (vide Wright-Kokovtsov, Краткій очеркъ сирійской литературы, Petropoli, 1902, p. 77-78). — (9) CP. : Isidorus martyr. — (10) CP., 15[1]. Vide ad diem sequentem et 17. — (11) B, fol. 57 : ܘܝܘܡܐ ܕܫܘܢܝܗ ܒܡܠܝܗ ܕܐܝܪ ܢܚܬ ܡܛܪܐ : *et die migrationis eius, in plenilunio mensis iar, cecidit pluvia.* — (12) Is est manifesto S. Pachomius, de quo heri. — (13) CP. — (14) Socii S. Laurentini, de quo aug. 10[2] et sept. 27[2]; cf. apr. 16[4]. — (15) CP. — (16) SS. : ὁ ἁγιασμένος. — (17) CP. — (18) Marcus solitarius in commenticio monte Tarmaqa ultra Aethiopiam. Eius transitum a Ps.-Serapione syriace edidit V. Scheil, *Zeitschrift für Assyriologie*, t. XII, p. 162-70. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXVI, p. 126. — (19) CP. : Thalalaeus Libaniota

stantinus imperator et Helena mater eius. 2. Et Athanasius qui aedificavit coenobium in Tell Besme (1). 3. Et Symeon maritimus (2). — XXII. 1. Basili<s>cus. filius sororis sancti Theodori (3) martyris. 2. Et Iudas apostolus. — XXIII. Michael episcopus (4) et confessor. — XXIV. 1. Martyres complures. 2. Et Eusebius Samosatenus. — XXV. 1. Iudas Zelotes, unus e duodecim. 2. Et Petrus Alexandrinus. — XXVI. Carpus unus e septuaginta discipulis. — XXVII. 1. Agrius (5). 2. Et (sancta) • Heliconis martyr (6). 3. Et Theodosia (7) ////. — XXVIII. 1. Obitus sancti Aaronis (8), hora nona, die Pentecostes. 2. Et Eutychius martyr (9). — XXIX. 1. Coronatio Petri Alexandrini, qui pariete pertuso evasit (10). 2. Et Patres trecenti decem et octo. — XXX. Eutychius discipulus Iohannis. — XXXI. • Hermius martyr : cui venenum mortiferum propinarunt neque nocuerunt (11).

medicus, passus Edessae Egaeorum, ubi Severus Antiochensis, in eius templo eius laudes ex tempore dixit (ASSEMANI, *Catalogus*, III, 247 et 546). — (1) Athanasius *Sandelâiâ* vel *Sandelânâ*, i. e. « sandaliarius » seu نعّال, ut quidem vertit interpres arabicus Michaelis (E. BROOKS, *A Syriac Chronicle of the year 846*, ZEITSCHR. DER DEUTSCHEN MORGENL. GESELLSCH., t. LI, 1897, p. 586, ann. 1). Monachus Kartaminensis, qui episcopus factus est Maipheractae et iniuria sedem patriarchalem occupavit, donec eum sui subditi Carrhis suffocarunt an. D. 758. Hic fuerit dies depositionis eius (cf. sup. p. 133), nisi ex nostro calendario corrigere liceat annales istos incerti scriptoris, ubi Sandalius die 11 iun. fertur « obiisse » (BROOKS, l. c., p. 577; et *Chron. Min.*, p. 179). Idem auctor, quem paulo fidentius Kartaminensem monachum vocat Brooks (*Chron. Min.*, p. 121; cf. *A Syriac Chronicle*, l. c., p. 570), Athanasium sepultum fuisse testatur in monasterio quod exstruxerat supra Tell-Bešme, ad occidentem urbis Mardin; dum Barhebraeus eum Kartaminae intra coenobium, in tumulo insigni compositum asseverat; quo etiam modo probabiliter intellegendus est Michael cum affirmat mirifici huius martyris ossa apud suos in honore haberi (II, 473). Nam paene ipsa Michaelis aetate, monasterium Tellbesmense prorsus desertum ac derelictum Iohannes episcopus Mardin a fundamentis excitavit (*Bibl. Or.*, II, 221). — (2) Praestantissimum exemplar calendarii Melchitarum Antiochensis, quod syriace descriptum est an. D. 1041 in Monte Nigro prope portum Sancti Symeonis ad ostia Orontis fluvii, hoc loco habet (ASSEMANI, *Catalogus*, II, 166) : ܫܘܢܝܗ ܕܢܟܦܐ ܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܥܒܕ ܬܕܡܪ̈ܬܐ (cod. ܬܕܡܪܬܐ) ܕܒܝܡܐ : *Obitus religiosi hominis sancti Symeonis, qui prodigia in mari operatur*. CP. 24 : Symeon stylita iunior. Quid iam de S. Thalassio quem appellant CP., 20[3] et SS., 22 ? — (3) CP. — (4) Συνdδων CP. — (5) Sic A. *Martyrologium Syriacum* : ܐܘܩܪܝܘܣ (Εὐκαίριος?) *presbyter et martyr Alexandriae* (*Acta SS.*, l. c., p. [LVII]. In Hieronymianis : *Acculus*, al. *Aquilinus* (ibid., et p. [67]). — (6) SS.; CP., 28[1]. — (7) CP. 29[1]. (In codice hoc loco vix supersunt infimae litterulae). — (8) C. : *Aaronis incliti viri Sarugensis*. — (9) *Miletanus*, SS. et CP., 18. — (10) Obiit die 29 mensis hâtûr qui est nov. 25. Cf. SEVERUS BEN EL MOQAFFA', *Historia patriarcharum Alexandrinorum* ed. C.-F. SEYBOLD, in CORPUS SCRIPT. CHRISTIAN. ORIENT., ser. III, t. IX, p. 60-61. — (11) CP.

Dominica quarta post Resurrectionem, sanctus Ionas in terra Bidlis (1). Et quadraginta diebus post Resurrectionem, feria quinta, festum Ascensionis. Et feria quinta ante Pentecosten, sanctus Barsaumas episcopus et martyr. Et altero die postea, sanctus Aaron (qui invocatur) contra invidiam et noxium oculum. Feria tertia apostoli ecclesiam aedificarunt; feria quarta Dei genetricem baptizarunt, et Iacobus primum litatus est. Feria sexta (commemoratio) apostolorum quae vocatur « aurea ». Hactenus de hebdomade post Pentecosten. Hebdomada secunda post Pascha, feria quinta, Petrus apostolus; (feria) quinta hebdomadis tertiae, Iohannes evangelista. In hebdomade quarta post Pascha, feria quarta, celebramus festum dimidiatae Pentecostes; feria quinta, Paulus apostolus. Hebdomade quinta, feria quinta, Thomas apostolus. Hebdomade sexta, festum Ascensionis; atque septima, sanctus Barsauma episcopus et martyr, in coenobio Hasrai (2).

HAZIRAN, mensis manipulorum. Principium anni apud Graecos. Dies triginta. Nota ܘ. Horae diurnae quindecim; nocturnae novem. IUNIUS.

I. 1. Gubarlaha filius Saporis et *Kazo eius soror (3). 2. Et sanctus Georgius miles, daemonum expulsor. 3. Et Procopius. 4. Et Phocas (qui invocatur) pro navigantibus in mari. — II. 1. Achudemmes catholicus (4). 2. Et sanctus Ephraem atque sanctus Isaac doctores. — III. 1. Transitus sancti Euthal Magdalensis (5). 2. Et Sabra e Modiad (6). 3. Sanctus Symeon e Zaite,

(1) Prope lacum Thospitis (*Van*) in Armenia Maiore. Sanctus mihi ignoratus. — (2) Exstabat monasterium Barsaumae *Garbium* i. e. « aquilonium » inter pagos *Haṣrai*, ܚܨܪܝ et *Bgadšai*, ܒܓܕܫܝ, quorum posterior oppidulo *Caphar Tutha* adiacebat, in finibus Mardin (cf. codices ap. ASSEMANI, *Catalogus*, III, 121, 277). Alias idem situm fuisse scribitur inter ܒܓܕܫܝ et Tell-Kebab (in Vita Iohan. Mardensis, *Bibl. Or.*, II, 222; cf. 228). Coenobium vero Sancti Abrahae Barsaumae magistri in Garbia memoratum est ad d. apr. 18. Neque multum itineris interest inter loca nec discriminis inter titulos. — (3) BEDJAN, IV, 141; cf. CP., sept. 29. — (4) Vide aug. 2. — (5) Certe non Magdal prope Resainam (cf. ad oct. 2). Euthal iste Magdalius idem profecto est quem ad eundem diem appellant synaxaria iacobiticum et maroniticum, Euthal solitarius et thaumaturgus, natus in Lycia urbe (?), unde primum aufugit Mamistam (Mopsuestiam) ac deinde Constantinopolim. Ceterum ܠܘܛܐ potuit inscite scribi pro ܠܘܙܐ, Ἀμυγδάλινος, « Magdalensis », quod perinde est atque ܡܓܕܠܝܐ, *Magdalaia*; (cf. nomen urbis *Magdalun*, ܡܓܕܠܘܢ, in Pamphylia apud Zachariam Mitylen., l. V, c. 5 (LAND, III, 174; it., p. 164). Summam Vitae sancti Euthal e synaxariis variae, nec satis certae originis collectam habes in AL-MACHRIQ, t. X, p. 672. CP., iun. 2; SS., 5, 6, 7 : Ἄτταλος. — (6) *Šabrâ*, i. e. « puer ». *Modiûd*, vulgo *Midiât*, pagus praecipuus hodierni Turabdini.

episcopus Carrharum, <qui> et Bar Mondar Habsenosita (1). — IV. 1. Metrophanes episcopus. 2. Et (memoria) Metrodori martyris. 3. Et Theodosius patriarcha anno millesimo undevigesimo (2). — V. 1. Iacobus Edessenus, ex Andipha (3) pago regionis Antiochiae, interpres Sacrorum Librorum. 2. Et Eustathius patriarcha (4). — VI. 1. Thecla sanctimonialis et quattuor sanctimoniales eius sociae (5). 2. Et Drosis (6). — VII. Leontius. — VIII. Theodorus, qui draconem interfecit. — IX. 1. Eustathius et socii eius. 2. Et Cyrillus. — X. 1. Sanctus Zeoras (7). 2. Et Antonius abbas. — XI. Barnabas. — XII. Barbara et Iuliana. — XIII. 1. <O>nuphrius, qui pro peccatoribus oravit, ut iis ignosceretur. 2. Et Kenan (qui) vixit annos nongentos et viginti. — XIV. 1. Methodius episcopus. 2. Et Elisaeus propheta. — XV. 1. Cyprianus et Iusta virgo. 2. Et Daniel (8). — XVI. Martyres septem. — XVII. 1. Manuel, Sabael et Ismael, martyres. 2. Et Alexius Euphemiani filius, et (memoria) Aglaidis matris eius : non idem hic est qui habebat evangelium (9). 3. Et Cosmas atque Damianus. — XVIII. 1. Transitus sancti Ephraem Syri, anno Graecorum sexcentesimo octogesimo quarto. 2. Et Anahid (mulier) Persa (10). 3. Et coronatio Irenes imperatoris Licinii filiae (11), quae convertit ad fidem myriades (hominum) duodecim; alias (scribitur) quadringentas et tredecim (12). — XIX. 1. Iudas, epistolae scriptor et frater Domini. 2. Et (festum) apostolerum Thaddi et Thaddaei (13). 3. Et Zosimus. — XX. Maro ex

(1) Vide ad. ian. 3 et mai. 4[2]. — (2) Hic multiplex perturbatio intercurrit. Anno Gr. 1019 (D. 708), mortuus est patriarcha Iulianus, cognomine Romanus sive « Miles » (MICH., II, 447-48; cf. nov. 8[1]). Anno vero 1207, ineunte mense iunio, defunctus est et in coenobio Kartamin, unde assumptus fuerat, conditus est patriarcha Theodosius, cui cognomen item fuit Romanus medicus (cf. BARHEBR., I, 391, et MICH., II, 549). Unde satis patet quid erroris hic subrepserit. E documento nostro iam probabilius fit Theodosium, non primo, sed quarto die iunii vita cessisse : nam uterque dies ab auctoribus traditur (vide MICH., l. c., cum annot. I.-B. CHABOT, p. 120 interpretat. gall., cum qua parum consistit locus qui in ephemeride *Revue de l'Orient chrétien*, t. IV, p. 502, ex eodem Michaele translatus est). — (3) Lege : *'Aindebâ*, seu « fons lupi » (Cf. WRIGHT-KOKOVTSOV, Очеркъ, p. 907-117). — (4) Antiochiae. — (5) Martyres Persae ; SS., 5-6. CP., 9. Cf. *Synax. Eccl. CP.*, col. 1019-20. — (6) Virgo martyr Persa (*Acta Mart. Or.*, 123). — (7) Saeculo quinto ineunte iam exstabat Amidae Sancti Ze'ora ecclesia, quae nisi postea hoc nomine primum vocari coepta est, non potuit sacra esse stylitae Amidensi de quo mart. 16 (cf. ZACHARIAS MITYLEN., l. VII, c. 4; LAND, III, 210). — (8) Fortasse discipulus Samuelis Kartaminensis. B, fol. 51 : ܕܢܝܐܝܠ ܗܘ ܕܗܠܟ ܥܠ ܡܝ̈ܐ ܘܐܙܠ ܠܩܪ̈ܕܘ, *Daniel, qui super aquas incedens ad Corduenos abiit* (cf. fol. 63). — (9) Vide ad mart. 12. — (10) Filia Adurhormizd, de quo apr. 25[2] (BEDJAN, II, 583). — (11) Irene cf. mai 5[1]. — (12) In margine man. rec. : *Alii scribunt centum et tredecim*. — (13) Sic. A.

Ainvarda (1), coenobiarcha. — XXI. 1. Iazdin solitarius (2). 2. Et Eusebius Samosatensis. — XXII. Elevatio ossium martyrum Persarum. — XXIII. 1. Zeno martyr (3). 2. Et Demetrius diaconus. — XXIV. Natale Iohannis Baptistae, in quo sol exsultat. — XXV. 1. Coronatio * Febroniae (4). 2. Et sanctus Thomas Germaniciae (5). — XXVI. Constantinus Laodiceae episcopus. — XXVII. Cyrillus, filius sororis Theophili papae Alexandrini. — XXVIII. Sanctus Acha, episcopus Arzon. — XXIX. Coronatio Petri et Pauli. — XXX. 1. Duodecim apostoli. 2. Et Patres atque doctores. 3. Et sanctus Daniel Edessenus (6).

TAMMUZ. Principium anni Persarum. Dies triginta unus. Nota ܟܐ. Horae diurnae quattuordecim cum dimidia; nocturnae novem cum dimidia. IULIUS.

I. 1. Cosmas atque Damianus. 2. Et Sinuthius abbas. — II (7). 1. Bisoes abbas. 2. Et Sergius ille qui Iacobo Baradaeo successit, anno nongentesimo secundo (8). 3. Et Daniel Scetensis (9). — III. 1. Thomas apostolus. 2. Et virgines. — IV. Habib diaconus, discipulus Iacobi doctoris. — V. 1. Discipuli septuaginta duo. 2. Et Thomas Carrharum episcopus (10). — VI. 1. Martha, mater Symeonis stylitae. 2. Et septuaginta martyres incliti (11). — VII. Gabriel episcopus Edessae. — VIII. * Procopius martyr. — IX. 1. Zacharias propheta secundus. 2. Et Iuli<an>us patriarcha (12). 3. Et Iust<in>us imperator (13). — X. Martyres qui Nicopoli passi sunt. — XI. 1. Sanctus Atha-

(1) Ut videtur, sanctus Kartaminensis (vide ad febr. 25[2]). Legendumne nomen *Maro* an *Meruân?* Cf. B, fol. 51 : ܘܡܪܘܐܢ ܗܘ ܕܐܥܡܕ ܬܪܝܢ ܐܠܦܝܢ ܒܢܝ̈ܢܫܐ ܒܓܙܪܬܐ ܕܟܐܦܐ *Meruan qui duo milia hominum baptizavit in insula Cephae.* — (2) Cf. sept. 21[3]. — (3) CP. 22. — (4) Man. rec. in marg. : *Sancta Febronia virgo et martyr.* — (5) A Iustino imperatore Samosatam relegatus (BARHEBR., I, 215). — (6) Ecclesiam Sancti Danielis condidit Edessae Eulogius episcopus, c. an. D. 377-378 (*Chron. Edess.*, GUIDI, *Chron. Min.*, p. 5). — (7) Man. pr. in. marg. : *Hodie commemoratio Patrum Iohannis et Macarii et filiorum regum Maximi et Dometii* (qui coluntur Ian. 12[2]). — (8) Sergius Armenus, ep. Edessae? (Cf. MICH., II, 386). Vel Sergius patriarcha, Baradaei socius? (IOH. EPHES., *De Beatis or.*, c. 49; LAND, II, 249). — (9) Cf. mai. 2[3]. Obiit Daniel Scetensis, die 8 mensis pašons, qui est 3 maii (vide Acta eius coptica ed. GUIDI apud CLUGNET, *Vie et récits de l'abbé Daniel le Scetiote*, Paris, 1901, p. 99, cf. p. 83). De nomine ܐܣܩܛܐ agetur ad sept. 27[3]. — (10) Thomas ep. Carrharum obiit an. D. 738 (BROOKS, *Chron. Min.*, p. 236. — (11) Cf. SS., iun. 28 : οἱ ἅγιοι ο' μάρτυρες οἱ ἐν Σκυθοπόλει. — (12) « *Anno sexto supra nongentesimum obiit sanctus Iulianus patriarcha, die nono iulii* » (*Liber chalipharum*, LAND, I, 14). — (13) Nomen non una ex causa dubium. Notetur tamen Iustinum I regnare coepisse die 9 iulii, an. D. 518 (ZACHARIAS MITYL., l. VIII, c. 1; cf. KRÜGER, *Die sogenannte Kirchengeschichte des Zacharias Rhetor* (Leipzig, 1899, p. 352-53).

<nasi>us (1). 2. Et sanctus Matthaeus. 3. Et Euphemia martyr. — XII. 1. Proclus martyr. 2. Et sanctus Iohannes Mardensis (2). — XIII. Patres eremitae. — XIV. 1: Iustus. 2. Et Epiphanius <3> et Akylas martyres (3). 4. Et sanctus Hippolytus Romanus. — XV. 1. Sanctus Cirycus atque Iulitta eius mater. 2. Et transitus sancti Iacobi Nisibis, anno Graecorum sexcentesimo quadragesimo nono. 3. Et transitus sancti Abhai qui vixit centum et viginti annos (4) : qui aquam invocato eius nomine biberit, huic reptilia non nocebunt. 4. Et Andreas atque Andrias dux (exercitus) imperatorii, cum sociis ter mille, ad *Tigrim fluvium (5). 5. Et Onesima, filia regum. — XVI. 1. Sanctus Nicolaus. 2. Et Marinus martyr (6). — XVII. 1. Martyres centum. 2. Et coronatio * Marinae (7) martyris. 3. Et Menas. 4. Et Longinus, qui confodit Dominum (8). — XVIII. Stephanus primus diaconus. — XIX. 1. Macrina Basilii soror. 2. Et * Divus vir religiosus (9). — XX. 1. Acacius Melitinensis. 2. Et Barhadbesaba diaconus (10). 3. Et Severus Mathematicus (11). 4. Et Paphnutius atque socii eius. 5. Et Iacobus Nisibenus alter (12). — XXI. 1. Ezechiel propheta. 2. Et sanctus Symeon salus atque Iohannes frater eius. 3. Et Elias propheta. — XXII. 1. Maria Magdalena. 2. Et Lucas martyr (13). 3. Et Theodosius Alexandrinus. — XXIII. 1. Rufinus. 2. Et Theophilus. — XXIV. 1. Obitus Athanasii Kennesrinensis anno nongentesimo quinquagesimo quinto (14). 2. Et Iacobus frater Domini. — XXV. 1. Constantinus Edessenus (15). 2. Et coronatio Abdalmassih, quem

(1) Kartaminensis ? Cf. B, fol. 52 : ܐܬܢܣܝܘܣ ܗܘ ܕܐܥܡܕ ܠܝܗܘܕܝܐ ܕܓܙܪܬܐ ܘܥܒܕ ܐܬܘܬܐ ܘܬܕܡܪܬܐ, *Athanasius qui Gazartae Iudaeos baptizavit et miracula signaque patravit*. CP. 5 : Athanasius in monte Atho. Quandoque etiam in calendariis copticis, iul. 11 : Athanasius Clysmensis. — (2) Obiit 12 iul., an. D. 1165. Eius Vitam ex A edidit Assemani, *Biblioth. Or.*, II, 217-29. — (3) SS. : Epiphanius Cyprius. CP. : Akylas apost. et m.; SS : Akylas et Hilarius. — (4) Cf. ad d. mai. 3[1]. — (5) Cf. CP. 13[3] : Andreas miles et soc. et aug. 19[1]. — (6) Profecto idem ac Marina de qua postridie. — (7) CP. — (8) C : *Longinus Cappadox martyr*, quae mentio idem sonat. In Actis armeniis Longinus occubuisse dicitur *a. d. octo calendas augustas* (*Վկայաբանութիւնք սրբոց*, I, 721). — (9) CP : Δῖος πρεσβύτερος. — (10) Martyr Persa, passus luna 20 iulii (*Acta Mart. Or.*, 120-30). — (11) Severus Sabocht ep. Kennesrin, exeunte saec. VII (Wright-Kokovtsov, p. 95-96). — (12) Interpretare : Iacobus secundus episcopus Nisibis (cf. Chronotaxin Eliae Nisibeni carptim editam a Lamy, *Bulletins de l'Académie royale de Belgique*, sér. III, t. XV, p. 575-76). — (13) CP. : Phocas. — (14) Profecto Athanasius « Camelarius », Iacobitarum patriarcha, qui ex hoc coenobio electus est. Hic tamen obiit an. Gr. 942 seu an. D. 631 (Mich. II, 414; Barhebr., I, 275). — (15) Episcopus Edessae nomine Athanasius obiit an. D. 734-735 (Brooks, *Chron. Minor.*, 235). Eiusdem nominis « metropolita » regebat ecclesiam an. D. 861 (Assemani, *Catalogus*, III, 25).

occidit Levi eius pater, qui postea fidem amplexus est, anno septingentesimo primo (1) : (hic opem fert) mulieribus sterilibus. 3. Et sanctus Zachaeus. 4. Et transitus Dinae (2) matris Dei genetricis. — XXVI. Hermolaus sacerdos et duo fratres eius martyres. — XXVII. 1. Panteleemon martyr, qui est sanctus Asia. 2. Et sanctus Symeon stylita. — XXVIII. 1. Prochorus et Nicanor. 2. Et Capitolinus. — XXIX. 1. Theodota martyr. 2. Laudes Iacobi doctoris. 3. Eupraxia et Hilaria filiae regum (3). — XXX. 1. Dioscorus et Timotheus (4). 2. Et Anast<asi>us imperator. 3. Et sanctus Gregorius maphrianus Orientis, anno Graecorum millesimo quigentesimo nonagesimo septimo (5). — XXXI. Iacobus episcopus Pesiltae (6) ex Umka, Izalae (montis) vico (7), qui discipulus fuit Iacobi magni, Baradaei cognomine, e Constantia minore (8): hi ambo aetate antecesserunt Iacobum Edessenum Interpretem (9).

(1) Qui oct. 3^2 dictus est Abda. — (2) Quae Hanna vocatur sept. 8^2. — (3) CP. iul. 24^2 : Eupraxia Theodosii consanguinea. — (4) Alexandrini? — (5) Gregorius Barhebraeus. — Hic ascripsit alia man. in marg. : *Die trigesimo mensis tammuz obiit sanctus Iacobus Baradaeus in coenobio magno Sancti Romani quod Cassion vocatur, ad oram Aegypti* (cf. IOH. EPHESINUS, *Ekklesiastike* pars III, l. IV, c. 33; ed. CURETON, *The third part of ecclesiastical history of John bishop of Ephesus*, Oxford, 1852, p. 257-58). — (6) Quod est coenobium Sancti Theodori Stratelatis prope Tellam Mauzelath in Osrhoene. — (7) Unde Michael Syrus (II, 310) et Barhebraeus, (I, 215) Iacobum Baradaeum ortum esse putaverunt; nam valde probabiliter defendit H. G. Kleyn *Gamuâ* pagum Izalae montis et *'Umkâ* in monte Izala locum esse duobus nominibus unum (*Jacobus Baradaeüs de stichter der Syrische Monophysietische kerk*, Leiden, 1882, p. 38, ann. 2). Mons Izala ipsis paene Turabdini finibus circumscribitur (SOCIN, p. 238; HOFFMANN, ap. GELZER, *Georgius Cyprius*, p. 157). — (8) I. e. Tella ubi reapse natus est Baradaeus (IOH. EPHES. *De beatis or.*, c. 49; LAND, II, 249). Ergo Saliba noster ad alterum Iacobum deliberate rettulit documentum idem quod Michael, Barhebraeus, alii, de Baradaeo male sunt interpretati (cf. Baradaei Vitam a Ps. - Iohanne, LAND, II, 364 et seq.). Immo aperte negat homo Turabdinensis Iacobum hunc Pesiltae civem suum esse famosum ecclesiae iacobitae antesignanum, sicut illi putavere. Eandem profecto sententiam tenuit librarius, qui die 30 iul. tacite subdidit Baradaei memoriam. Neque in hoc corripitur ab altero librario, qui ad d. 20 martii, partim rescripto partim interpolato Iacobi elogio, adiecit in margine cuiusdam Pesiltani mentionem; neque ipse superiore loco alterum illum correctorem reprehenderat. Liceatne igitur congruenter opinioni quae hoc loco perspicue traditur, interpretari verba mutila et obscura de quibus ad d. mart. 20 quaestio incidit, adeoque Pesiltanum illum in eo, cuius nomen nunc occurrit, Iacobo Pesiltano agnoscere? Ceterum id observandum est, tribus diebus ante Iacobum Baradaeum in coenobio Cassiani obiisse huius syncellum Sergium (IOH. EPHES., *Ekklesiastike*, l. c.; CURETON, p. 258). Ibidem mortuum esse Iacobum quendam Pesiltae antistitem nos docet Cyriacus Mardinensis (M.-A. KUGENER, *Comment le corps de Jacques Baradée fut enlevé du couvent de Cassion*, REVUE DE L'ORIENT CHRÉTIEN, t. VII, p. 198-201; cf. « *Liber chalipharum* », LAND, I, 14). Porro neque hic usquam perspicue designat Baradaeum : quem alioquin parum apte diceret e coenobio Pesilta migrasse ad Dominum (p. 198) et in eodem, cui numquam praefuit, ecclesiam aedificasse (p. 201). — (9) Mirum

AUGUSTUS. AB MENSIS. Principium anni Armenorum atque Persarum. Dies triginta unus (1). Horae diurnae tredecim cum dimidia; nocturnae decem cum dimidia.

Feria secunda prioris hebdomadis, sanctus Addai; et (feria) secunda insequenti, sanctus Azazael.

I. 1. Transitus Aaronis sacerdotis, annos nati centum viginti tres. 2. Et sancta Samona, quae est Salomona, cum septem eius filiis, et Eleazar eorum magister. 3. Et sanctus * Ruben (2). — II. 1. Gamaliel et Habib, filius eius (3). 2. Et transitus sancti Achudemmeh catholici, anno octingentesimo octogesimo sexto, feria sexta (4). 3. Et inventio ossium sancti Stephani (5). 4. Et Pueri Ephesini. — III (6). 1. Lazarus confessor (7). 2. Et Cyriacus Amidae (8). 3. Et Lucas. — IV. 1. Isaias Edessenus. 2. Et Eudocia (9) <3> atque * Ia martyres (10). 3. Et Nicetas thaumaturgus (11). 4. Et sanctus Ruben atque agmen eius (12). — V. 1. Coronatio Addaei apostoli. 2. * Sabellius et Sapphira eius uxor [et] parentes sancti Taliae (13). — VI. 1. Festum Tabernaculorum (14). 2. Et * Melasius abbas. — VII. 1. Sanctus Dometius martyr (15). 2. Et sanctus Abel, qui opitulatur in morbo oculorum et paralysi (16). 3. Et Ægyptii (17). — VIII. 1. Obitus Rabbulae Edesseni, anno septingentesimo quadragesimo sexto. 2. Et sanctus Talia (18) martyr, annos duo natus. — IX. 1. Matthias apostolus. 2. Et alii qui a Secundo iudice interfecti sunt.

foret haec dictu visa esse opportuna, nisi Baradaei memoria in Turabdino aliquantum obscurata fuisset. — (1) In marg. man. pr. : *Littera* ܕ. — (2) Ruben stylita Kartaminensis, de quo cf. B, fol. 51 : ܪܘܒܝܠ ܗܘ ܕܐܩܝܡ ܐܣܛܘܢܐ ܘܐܬܒܪܟ ܡܢܗ : *Ruben qui columnam fundavit et ex ea benedictionem percepit.* — (3) Vide ad d. mart. 11. — (4) NAU, *Histoires d'Ahoudemmeh et de Marouta*, l. c., p. 46, cum annot. — (5) Mentio laterculo I continuanda; cf. mart. 11. — (6) In marg. man. pr.: « *Alias...* » — (7) Cf. B, fol. 53 : ܠܥܙܪ ܗܘ ܕܐܒܗܬ ܠܡܠܟܐ ܕܦܪܣܝܐ ܘܐܬܟܠܠ ܒܣܝܦܐ *Lazarus qui pudore affecit regem Persarum et gladio martyr factus est.* Lazarum item martyrem, a Barsauma Nisibeno annuente rege Phiruz interfectum, colebat monasterium Nardas in Beth Malud e pagis Beth Nuhâdre (NAU, ibid., p. 67-68). — (8) Episcopus. Obiit an. D. 623 (DENYS, p. 6). — (9) SS. : Ἀνακομιδὴ τῆς ὁσιομάρτυρος Εὐδοκίας. — (10) Cf. DELEHAYE, *Actes des martyrs persans*, p. 453-73. Ἴα, forma femina nominis ἴον, « viola », quam Armeni recte interpretati sunt : Մանուշակ (Vide *Anal. Boll.*, t. XXV, p. 340-41). — (11) A : *thaumaturga*. Utra vox corrigenda ? — (12) Cf. 4[4]. — (13) De quo 8[2]; cf. febr. 1[1]. SS. : Σόβελ, al. Σόλεβ. — (14) Transfiguratio Domini; sic appellata proper verba S. Petri, *Matth.* 17, 4; cf. HIERONYMUS ep., XLVI, 12. *P. L.*, t. XXII, col. 491). — (15) C : *Sancti Dometii monachi et martyris;* CP : Dometii Nisibeni; cf. oct. 4[1]. — (16) Idemne atque Ruben, de quo 1[3] (ܗܘܒܝܠ pro ܪܘܒܝܠ) ? — (17) Octingenti Aegyptii qui in coenobio Kartamin consedisse feruntur (B, fol. 86 et seq., cf. SOCIN, p. 253; SACHAU, p. 286-87). — (18) Vid. 5[2].

3. Et Iob vir iustus. — X. 1. Eulogius asceta Scetensis (1); vixit hic annos centum et viginti, eidemque leo famulabatur. 2. Et • Laurentinus (2) princeps eorum qui martyrium ediderunt in monte Ahmoi (3). — XI. 1. Sanctus Poemen vir religiosus et martyr (4). 2. Et sanctus Eusebona atque Apollonius martyres. — XII. 1. Tuthael stylita, qui mortuum suscitavit (5). 2. Et sanctus Symeon (6). 3. Et Photi<n>us atque <A>nicetus (7). 4. Et Iohannes Cilix. — XIII. Sanctus Iohannes et sanctus Abraham et sanctus Palladius. — XIV. 1. Sanctus Habib, qui oculis medetur. 2. Et sanctus • Anargyrus (8). — XV. 1. Dormitio Deiparae, anno Graecorum ter centesimo septuagesimo quinto (9). 2. Et Theodotus Amidensis anno millesimo nono (10). — XVI. 1. Transitus Cyriaci patriarchae, anno millesimo centesimo vicesimo octavo (11). 2. Et coronatio sancti Sabae martyris ecclesiae

(1) In marg. man. rec. : *Eulogius solitarius discipulus sancti Isidori, qui dein se addixit ////// eique serviit leo, quadraginta annis.* Cf. WRIGHT, p. 1129. De « Scete » cf. sept. 27[3]. — (2) E principibus imperii, Romae a Diocletiano capitis damnatus una cum Agrippa Syriae praefecto, quem in Mesopotamia ad fidem permoverat; sancto diacono qui eodem die colitur, praeter umbram nominis, omnibus partibus dissimilis, non tamen ab eo multo remotior quam Procopius dux a clerico scythopolitano cuius personam induit (Vide H. DELEHAYE, *Les légendes hagiographiques*, p. 142-65). Eius Acta mendacissima e syriaco sermone in armenium translata servantur (*Վկայաբանութիւնք սրբոց*, I, 634-55). — (3) Milites e Syria romana, quos idem S. Laurentinus ad fidem confitendam adhortatus erat. Milleni eorum socii ad duodecim milia (in armenia interpretatione : ad quindecim et amplius) alii aliis in locis trucidati sunt (vide ad dies maii 16 et sept. 27). Mons *Ahmoe* (cf. ASSEMANI, *Catalogus*, II, 277. cod. 89), in quo strages ultima contigit, armenice vocatur Եհմու, *Ehmu*, ad cuius clivum orientalem sita erant prata spatiosa quae dicuntur Սալմին, *Salmin*, prope lacum quendam (p. 643). Non multo ante nominata erant (p. 641) vicus Ներշի, *Neršì*, et locus in vertice collis, trans flumen magnum, qui ex vocabulo Գտակ Հոռոմոց, « pileus Romanorum », aperte cernitur esse *Kal'at ar-Rûm* in valle Euphratis. Scilicet pro voce peregrina ܩܠܥܐ, alias ܩܠܥܬܐ (قلعة), interpres arabice imperitus legit ܩܘܒܥܐ. Quae coniectura si verum assecuta est, scripsit iste antequam apud cives suos increbruit nomen arcis Հոռմկլայ, ubi medio saeculo XII Armenorum catholici sedem fixerunt. Ceterum nomina descriptionesque locorum non secus ac reliqua « Laurentini » historia fabulam sapiunt. — (4) Ad hunc videtur spectare annotatio erratica in marg. : *et solitarius.* — (5) Kartaminensis. B, fol. 51 : ܘܬܘܬܐܝܠ ܗܘ ܕܐܚܝ ܡܝܬܐ Et *Tu<th>ael qui mortuum suscitavit.* — (6) Praeter conditorem coenobii et Abu Kurram, quinque saltem sanctos Kartaminenses eiusdem nominis memorat B (fol. 50v-53; cf. SACHAU, p. 582). — (7) CP. — (8) Intellege : SS. Cosmam et Damianum (cf. sup., p. 137). — (9) In marg., man. incerta : *Sabbato, mense tammuz. LXXXIX. Anno LXIX adventus Domini nostri Iesu Christi.* Quam tamen annotationem diei 2 vel 3 vel 4 subnexam crederes. — (10) Stylita in Deir Kaluk prope Daram urbem. Obiit an. Gr. 697 vel 698 (DENYS, p. 20-21). — (11) In marg. man. rec. : *In Libro temporum, anno millesimo centesimo undetrigesimo* (h. e. in Chronico Barhebraei, II, 189; cf. I, 343).

maioris Hachensis, annos duodecim natus mensesque octo : in quem diebus quadringentis et nonaginta saevierunt (1). — XVII. 1. Coronatio Stratonicae et Seleuci, eius sponsi. 2. Et (memoria) * Myronis martyris (2). — XVIII. 1. Coronatio sancti Sabae et discipulorum eius (3). 2. Et sanctus Philoxenus (4). 3. Et Florus atque Laurus fratres. — XIX. 1. Andreas et socii eius quingenti (5). 2. Et prophetae omnes. — XX. 1. Samuel propheta. 2. Et sanctus Sabai solitarius et episcopus, anno Graecorum quadringentesimo (6) septuagesimo octavo. 3. Et Lebbai, qui Thaddaeus cognominatus est. — XXI. 1. (Memoria) Luciae martyris (7). 2. Et Bassa atque filii eius tres. 3. Et sanctus Iohannes. — XXII. 1. Agathonicus et socii eius. 2. Et Abraham, Isaac atque Iacob, cum ceteris patribus. — XXIII. 1. Paulus Edessenus (8). 2. Et Eustathius et cum eo Meletius Antiochiae. — XXIV. 1. Elisaeus e Tanhir. 2. Et sanctus Sabai (9). — XXV. 1. Titus discipulus Pauli. 2. Et prophetae. — XXVI. 1. Adrianus martyr et (memoria) * Nataliae uxoris eius (10). 2. Et Diomedes atque Thyrsus martyres (11). — XXVII. 1. Zachaeus publicanus episcopus Caesareae. 2. Et Seth formosus, nongentos et duodecim annos natus. 3. Et Palpatinus episcopus et martyr (12). — XXVIII. 1. Hermes martyr. 2. Et Serapion. 3. Et

(1) E : *Sabas et sociorum eius XI milia* : de quo martyre mentio iam occurrit ian. 23^2 et apr. 16^4. Iamvero collatis inter se tribus hisce laterculis, constat illum esse Sabam nepotem Saporis, qui ethnico nomine dicebatur *Pirgušnasp*, et in cuius honorem conditum est coenobium Fontis (ܕܥܝܢܐ ܕܒܚܕܐ BEDJAN, IV, 222 et seqq., cf. p. 248). In pago *Phir* prope *Isphis* in parte orientali montium Turabdini repperit Taylor a. 1865 locum parietinis ac ruderibus insignem, ubi aiebant incolae occisos fuisse a Sapore sex milia hominum, quod filium suum ad fidem christianam allexissent (apud G. HOFFMANN, *Auszüge aus Syrischen Akten persischer Märtyrer*, Leipzig, 1880, p. 27-28). — (2) CP. 17. — (3) Aegerrime discernendus ab eo qui postridie appellatur. — (4) Kartaminensis? Cf. B, fol. 51 : ܩܕܝܫܐ ܐܟܣܢܝܐ ܘܐܣܛܦܢܘܣ ܕܐܥܡܕܘ ܚܢܦܐ ܒܩܪܝܬܐ ܟܘܪܝܚ : *Sanctus Xenaias* (Philoxenus) *et Stephanus, qui paganos baptizarunt in pago Kuraieh*. — 5) CP. : δισχιλίων πεντακοσίων ἐνενήκοντα τριῶν; cf. iul. 15^4. — (6) Ita cod.; numerus ceterum incertus. (HOFFMANN, p. 78 et BEDJAN, II, 679). Nempe qui latercula 18^2 et 20^1 inter se conferat, et simul Salibae nostri mores perspectos habeat, is profecto utrobique designari putabit *Gušniazdad* Medum, qui in baptismo Sabas nomen accepit et dictus est paganorum apostolus (BEDJAN, II, 635-80). *Šâbâ* arabico ritu pro *Sâbâ* scribi potuit, ne sanctus hic haberetur pro S. Saba Hachensi. — (7) CP : Lucius. — (8) Callinicensis? (WRIGHT-KOKOVTSOV, Очеркъ p. 65-66). — (9) Fortasse thaumaturgus a quo conversus fertur S. Dometius (cf. BEDJAN, VI, 544). — (10) CP. — (11) Lege : *Diomedes Tarsensis*, CP. 16^2. — (12) Haereo in nomine. C, 18 : *Martyr sanctus Palantis* (ܦܠܢܛܝܣ) *et eius socii tres*. Calendarium vetus de quo ad maii 21^3, hodie : *Festum religiosi viri sancti Sabae* [*et?*] *abbatis ʿAnti* : ܥܐܕܐ ܕܢܟܦܐ

Moyses Aethiops, qui mortuos spoliabat. 4. Et martyres triginta tres (1). 3. Et <An>thusa (2) martyr. — XXIX. 1. Amputatio capitis Iohannis Baptistae. 2. Et <hodie> mortuus est (3) parens noster Adam, postquam annos nongentos et triginta vixerat. 3. Et Pelagia meretrix. 4. Et sanctus Iohannes Arabs. — XXX. 1. Illatio cinguli Deiparae. 2. Et (memoria) Theclae martyris. — XXXI. 1. Hodie dextram sancti Gabrielis Kostanensis (4) amputarunt et in castrum Hach detulerunt ad averruncandam pestem tuberosam (5). 2. Et Paulus * Syncellus, episcopus (6).

ELUL. Principium anni Aegyptiorum et Macedonum. Dies eius triginta. Nota . Horae diurnae duodecim; nocturnae duodecim. SEPTEMBER.

I. 1. (Memoria) Hormizdae et mulierum (7) sanctarum, martyrum. 2. Et (commemoratio) sancti Malchi (8). 3. Et Dei genetricis. — II. 1. Transitus sancti Symeonis stylitae. 2. Et sanctus

ܡܪܝ ܣܒܐ ܕܐܒܐ ܒܥܢܛܠ. Alias (cf. PAYNE SMITH, *Catalogus*, 364-65) : *Sanctus Sabas in 'Antal* : ܕܒܥܢܛܠ. Alias Iulianus *Sabas in 'Antal* (ibid.). In breviario syriaco (*Act. SS.*, l. c., p. [LX]) : Sabas presbyter, scilicet « senex », qui apertius significatur in calendario Chorasmio d. 26 : *Sanctus Sabas monachus, senex decrepitus* الراهب الشيخ الهرم (SACHAU, *Albêrûnî*, p. 301). Tandem in C, d. 17, annuntiatur Iulianus Sabas sicut in martyrologio hieronymiano, d. 25 (*Acta SS.*, l. c., p. [110]). (De S. Iuliano martyre Brivate in Arvernis cogitandum non est; cf. PAYNE SMITH, l. c. annot.). Num ista omnia sola fors hic conseruit? — (1) CP., 28[3] : Martyres XXXIII Nicomediae; SS., 16 : Martyres XXXIII e Palaestina. Verum die aug. 18 Armeni legunt Passionem, e graeco sermone translatam, SS. Stephani et sociorum eius, qui Cucuso profugi, damnati sunt in castro munito quod hodie vocatur *Kanši* vel *Ganši* ; *յամրոցին դղեկ որ այժմ կոչի* կանչի, et videtur non admodum procul ab urbe Caesarea quaerendum esse (Վ *կայաբանութիւնք սրբոց*, I, p. 322-39; cf. pp. 326 et 328). Vulgo creduntur sepulti fuisse in Ուլնի (Iuliopolis). — (2) SS., 27, 28. — (3) In marg. man. rec. : *Ephraem ait sexto* (die) *nisan, et sanctus...* — (4) Vid. dec. 23. — (5) B, fol. 114 : saeviente lue in coenobio, Kartaminenses e sepulcro extulerunt corpus S. Gabrielis; cui sollemniter supplicantes, repentino prodigio servati sunt; fol. 114v : *Porro consilium ceperunt omnes monachi ut aliquod ex ossibus eius resectum in arcula includerent, et quotiens in aerumnis vel angustiis versarentur, in eo praesidium quaererent, nec quotiescumque rogarentur corpus integerrimum educendum foret. Deliberatum fuit hoc agere; sed id veriti sunt.* Cet. periere. Fol. 111v : *Festa eius duo : unum in Dominica Nova; alterum die aug. XXXI, ut in quo dextra sancti praecisa sit propter anginam luem; quae est sollemnitas sancti :* ܡܥܗܕܢܐ ܕܝܘܡ ܦܣܩܐ ܕܝܡܝܢܗ ܡܛܠ ܟܘܪܗܢܐ ܕܚܢܩܐ ܐܝܟ ܕܗܘܐ ܥܠ ܐܬܪܐ ܕܡܪܝܡ ܐܢܫܐ — (6) Cf. CP. Nomen incertissimum. — (7) Ita cod., sed litura pertenui rescribere possis ܫܘܝܢܐ, *Šuina* aut ܫܘܥܝܢܐ, quod est Σουήνης vel Σουίνης : nomen martyris, cum Hormizda a Iuliano condemnati (THEODORETUS, *Hist. eccl.*, V, 39; GAISFORD, p. 491; cf. apr. 31[3]). — (8) C : *Malchus Clysmensis et Euthal eius discipulus;* C : Malchus Clysmensis matruelis sancti Augin. Obiit 21 apr. (BEDJAN, V, 421-69). Scriptura incerta.

Agrippas (1) et mille martyres eius socii. 3. Et Mamas martyr atque asceta (2). 4. Et Theodota martyr cum eius filiis (3). — III. 1. Anthimus martyr. 2. Et Aitalaha Edessenus (4). 3. Et immolatio Isaaci. 4. Et Kona atque Saad (5). — IV. 1. Transitus Dioscori (6). 2. Et coronatio Babylae et puerorum qui cum eo erant. 3. Obitus sancti Iohannis Chrysostomi (7). — V. 1. Transitus Iohannis Capharseniae (8) in finibus Antiochiae ; qui in eius et sancti Conònis (9) nomen peieraverit opprobrio afficietur. 2. Et sanctus Sarbel atque Babai eius soror (10). — VI. 1. Eudoxius praefectus exercitus. 2. Et *Cyriacus, *Vivus et Andronicus diaconus (11). 3. Urbanus episcopus idemque confessor atque octoginta presbyteri. — VII. 1. *Sozon martyr (12). 2. Et Theodotus Ancyranus. 3. Et Iohannes... 4. Et Petrus (13). — VIII. 1. Nativitas Dei genetricis. 2. Et Ioachim atque Hanna parentes eius. 3. Et Theodotus Amidensis (14). — IX. Iora (15) martyr. — X. Porphyrius et Leontius martyres. — XI. 1. Matthaeus evangelista. 2. Et Athanasius. (3). Et Alexander (16). — XII. 1. Festum apostolorum. 2. Et Iohannes Chrysostomus. 3. Et (memoria) Olympiae diaconissae. — XIII. 1. Dedicatio ecclesiae. 2. Et sanctus Iohannes (17). — XIV. 1. Transitus Iohannis (18). 2. Et festum Crucis. — XV. 1. Sanctus Kasis (19) Hachensis. 2. Et Kura atque Silvanus (20). 3. Et Guria, Samona atque Habib martyres. 4. Et Nicetas martyr. 5. Et (memoria) *Acacii (21). 6. Et

(1) S. Laurentini socius, de quo aug. 10; cf. 27[2]. — (2) Bedjan, VI, 431-45. — (3) Theodotus, pater eiusdem S. Mamantis? — (4) Vide ad oct. 19[3]. — (5) Cono episcopus (Cureton, *Ancient Syr. docum.*, p. 73), cuius ecclesiam an. D. 307 memorat falsus Iosue stylita (Wright, *The Chronicle of Joshua the stylite*. Cambridge, 1882, p. 39). Alias idem vocatur Ionas vel Nonnus (ܝܘܢܐ, ܢܘܢܐ pro ܩܘܢܐ). Cononi successit *Ṣa'ad*, al. *Ṣa'uth* vel *Ṣa'uthâ* (cf. Mich., I, 120 et ann. Chabot ad loc., p. 203 interpr. gall.). — (6) Alexandrini. Cf. Calendaria coptica ad thôut 7 (= sept. 4). — (7) Vide sept. 14. Hic pro Iohanne, de quo postridie. — (8) Κώμη τίς ἐστι τοῦ Εὐφράτου ποταμοῦ πρὸς ἑσπέραν, αὐτῇ ἐπικειμένη τῇ ὄχθῃ, Καπερσανᾶ καλουμένη (Theodoretus in Vita Salamanis, *Religiosa historia*, c. XIX, *P. G.*, LXXXII, 1428). — (9) Isne sit episcopus Edessae de quo ad 3[4], an Cono Isauricus (CP., mart. 6[1]) an quis alius (cf. *Anal. Boll.*, t. XXVI, 261), non liquet. — (10) Depositio eorum (Cureton, op. cit., p. 60. Cf. ad dec. 10[5]). — (11) Nomina a correctore vitiata vel rescripta. CP., 6[5] : ... Βίβου διακόνου, ... Κυριακοῦ ἐπακολούθου, ... Ἀνδρονικοῦ στρατιωτοῦ. (12) CP. — (13) Interiecto ante nomen spatiolo. CP. : Petrus Εὐλαβής. — (14) Vide aug. 15[2]. — (15) Lege *Severus* (ܣܘܝܪܐ) SS., 7, 8. — (16) Coniunctio nominum suspiciosa. Legendumne : *Athanasius Alexandrinus?* — (17) Forma graecanica : *Ivanis*. Intellege Chrysostomum. — (18) Rursus idem. — (19) I. e. « presbyter »; cf. ian. 27[2]. — (20) Episcopi Edessae. *Kûrâ* (Cyrus?) obiit an. D. 396, d. iul. 22 (*Chron. Edessen.*, Guidi, *Chron. Min.*, p. 6). Silvanus, item Edessae episcopus, obiit d. 17 oct. an. 398. (*Ibid.*) — (21) Item C; SS., sept. 15 : inventio reliquiarum Acacii ep. Melitinae.

martyres sex. — XVI. 1. Sanctus *Saina (1). 2. Et sanctus Thomas apostolus. 3. Et sanctus Andreas. 4. Et Pistis, quae et « Spes » (2), et Agape, quae est « Caritas », atque Elpis, quae est « Fides » (2), atque Sophia, quae est « Sapientia », mater earum. 5. Et coronatio martyris Euphemiae. — XVII. 1. Nicetas martyr. 2. Et Dei Genetrix, cum mortuum resuscitavit. 3. Et coronatio Sophiae cum filiabus eius (3). — XVIII. 1. Matthaeus solitarius. 2. Et Iacobus Aegyptius, anno Graecorum septingentesimo trigesimo secundo (4). 3. Et Almodia, cum duobus filiis eius (5). 4. Et sanctus Symeon (6). — XIX. Trophimus et Sebastianus (7). — XX. 1. Mille sancti in coenobio Killith (8). 2. Et sanctus Ḥabib Scetensis (9), e societate sancti Augin. 3. Et coronatio Eustathii, uxoris eius ac liberorum. — XXI. 1. Coronatio pontificis Hierosolymorum Symeonis filii Ioseph, sponsi Deiparae Dominae nostrae. 2. Ias Cyprius (10). 3. Et Iazdin Bar Adurmiz Hachensis (11). 4. Et Marcus martyr coenobii Henikae (12). 5. Et Phocas martyr, quocum columba humana voce collocuta est. — XXII. 1. Iazdin solitarius (13). 2. Et Ionas propheta. 3. Et coronatio Phocae (13) ac discipulorum eius. 4. Et sanctus Iohannes (14). 5. Et requies confessorum. 6. Et Theophanes poeta (15). — XXIII. 1. Annuntiatio Zachariae, secundum computationem solarem; ex computatione autem lunari, incidit illa in diem decimum tesrin posterioris (16). Et

99. — A. Huonder, S. I. **Der wahre Todestag des hl. Franz Xaver.** Ibid., p. 325-27.

100. — J. Pietsch, O. M. I. **Noch einmal der Todestag des hl. Franz Xaver.** Ibid., p. 417-19.

Faut-il placer la mort de S. François Xavier au 27 novembre, comme le prétend le Père Cros, ou au jour traditionnel du 3 décembre, que maintient le Père Astrain? L'argumentation de notre confrère français nous a paru jadis tout à fait péremptoire (*Anal. Boll.*, XXIII, 410-11). Et si le Père Pietsch avait tenu compte, dans son premier article, de la réponse faite par le Père Cros aux objections de l'historien espagnol, il aurait ôté, je pense, au Père Huonder l'envie de rouvrir la discussion sur ce sujet. V. O.

101. — * Dr. D. Manuel Maria Pólit. **La familia de santa Teresa en América y la primera carmelita Americana.** Friburgo de Br., Herder, 1905, in-12, xii-383 pp., fac-similés et illustrations. — Tous ceux qui s'intéressent à l'histoire de la grande mystique espagnole du XVIe siècle, parcourront avec plaisir un livre où se trouvent exposés

par le menu les liens naturels et spirituels qui la rattachent à l'Amérique du Sud. Ce fut, observe Mgr Pólit, avec l'or américain, envoyé de Quito par son frère Don Lorenzo de Cepeda, que Térèse se vit en état d'entreprendre le relèvement de l'ordre du Carmel et de fonder le premier monastère des Carmélites déchaussées ; et en retour, elle fit si bien l'éducation de la fille cadette de Don Lorenzo, qu'en lui inspirant l'amour de la vocation religieuse, elle lui donna aussi le goût d'aller implanter en Amérique le Carmel renouvelé. Une autre sainte femme, Anne de Saint-Barthélemy, la zélée et intelligente auxiliaire de l'infatigable réformatrice, exerça également une salutaire influence sur la formation de la future missionnaire. Ainsi, le nouveau livre de Mgr Pólit, tout rempli de renseignements térésiens, puisés en partie à des sources manuscrites et surtout à la correspondance de la sainte et aux chroniques du Carmel, offre un complément appréciable aux biographies généralement connues de l'illustre vierge d'Avila. L'appendice renferme quelques documents inédits, qui concernent la généalogie de sa famille. V. O.

102. — J. H. POLLEN. **Edmund Campion's History of Ireland,** dans THE MONTH, t. CVI (1905), p. 561-76, et t. CVII (1906), p. 156-69. — Edmond Campion ne sortit jamais du giron de l'Église catholique ; mais il y eut, avant son entrée dans la Compagnie de Jésus, toute une époque où il évita de professer ouvertement la foi de son enfance. Ce fut durant ce temps, au milieu des plus vives alarmes et avec un outillage fort insuffisant, qu'il composa son Histoire d'Irlande, œuvre hâtive (*praeproperus*) comme il la qualifie lui-même (2e art., p. 158, note 3), très incomplète, injuste en partie pour le caractère des Irlandais, mais dont on ne peut méconnaître le véritable mérite littéraire. En faisant l'examen de ce livre et en excusant dans une certaine mesure la gravité de ses défauts, le P. Pollen a saisi l'occasion de rectifier et de compléter bien des particularités et des dates, si difficiles à préciser pour les années antérieures à la conversion du bienheureux martyr. En réalité, il a récrit une page de sa vie, avec le tact et la solide érudition dont il est coutumier. A retenir le jugement qu'il porte sur Paolo Bombino, un des premiers biographes de Campion : « In historical criticism he was a mere child » (1er art., p. 567). V. O.

103. — Isaac SRABEAN. *Անյայտ վկայ մը, Գաբրիէլ Նահատակ* **(Un confesseur inconnu : le martyr Gabriel),** dans HANDESS AMSOREA, t. XXI (1907), p. 61-62. — Le petit texte publié sous ce titre méritait de ne point passer inaperçu. Il laisse malheureusement beaucoup à deviner, d'autant plus que le R. P. S. n'a pas essayé d'en dégager les données historiques. Une sorte de post-scriptum de l'édi-

teur nous avertit seulement que le récit est tiré du manuscrit 33 de la bibliothèque des Antoniens (à Rome?), lequel est daté de l'année 1152 de l'ère arménienne (1704). La relation serait donc à peu près contemporaine des faits racontés, puisque Gabriel fut mis à mort le 17 septembre 1663. L'histoire du néomartyr est esquissée en des termes d'une émouvante simplicité, qui rappelle les Passions de l'âge antique. Né dans le pays de Divrig en Arménie, au village de Khurnawil (*Խուռնավիլ*), Gabriel fut élevé « dans la capitale de la Galatie, qui regarde Constantinople » (*ի մայրաքաղաքն Գաղատիայ, որ է հանդէպ Կոստանդինուպօլսոյ*). Son frère, qui dès l'enfance avait abjuré la foi chrétienne et servait parmi les janissaires, parvint à l'entraîner dans son apostasie. Gabriel le suivit à l'armée et fit plusieurs campagnes dans le même régiment. Enfin, cédant au remords qui ne l'avait jamais quitté, il déserta et s'enfuit « au pays des Francs ». Pour expier son crime, il erra en pénitent pendant plusieurs années à travers la chrétienté, se rendit en pèlerinage au tombeau de S. Jacques frère du Seigneur, aux sanctuaires de la Vierge et des SS. Apôtres Pierre et Paul (Il semble d'après cela que Gabriel ait appartenu à la confession catholique : supposition qui expliquerait aussi pourquoi sa mémoire n'a pas laissé de traces dans le Μέγας Συναξαριστής de Dukakis). Tant de souffrances volontaires ne lui rendirent pas la paix de l'âme. Pour en finir, l'apostat converti retourna à Constantinople. Là, malgré les supplications des siens, il alla de lui-même se faire arrêter. Le vizir le crut fou et l'envoya en prison. Le lendemain, après un nouvel interrogatoire, auquel il répondit avec une intrépidité modeste, Gabriel fut condamné à être pendu dans les rues de la ville et conduit au supplice à l'instant même. Pendant deux jours qu'on le laissa sur le gibet, l'éclat de son visage ne s'altéra pas (*լուսափայլութիւն երեսաց նորա ոչ նուաղեցաւ*) : on l'eût cru endormi. Jusqu'à ce qu'enfin les Turcs, irrités de voir les chrétiens se presser en foule pour contempler le martyr, le détachèrent et le jetèrent au Bosphore.

Dans un cadre différent et avec des circonstances assez dissemblables, toute cette histoire si vraie répète, à quatre siècles et demi de distance, celle du martyr copte Jean de Phanidjoït, autre renégat converti, exécuté au Caire sous le règne de Malek al-Kâmel (É. Amélineau, *Un document copte du XIII[e] siècle. Martyre de Jean de Phanidjôit*, dans Journal Asiatique, VIII[e] sér., t. IX, 1887, p. 113-90). Mais il y a mieux. A la fin de l'étude si ingénieuse qu'il a publiée sur le texte de cette intéressante Passion, M. P. Casanova a mis en lumière la *Relation de l'apostasie et du martyre du P. Clément, Récollet, curé de la nation française au Caire* insérée dans la *Description de l'Égypte* (Paris, 1735), d'après les mémoires de B. de Maillet, témoin oculaire (*Notes sur un*

texte copte du XIII[e] siècle, dans BULLETIN DE L'INSTITUT FRANÇAIS D'ARCHÉOLOGIE ORIENTALE, t. I, 1901, p. 136-37). Il paraît que la ressemblance des récits « va jusqu'à l'identité des détails ». N'ayant pas le moyen d'en juger, nous laissons M. Casanova citer et souligner : « Comme Jean de Phanidjoït, le nouveau martyr apparut avec un » visage resplendissant de « cette lumière avec laquelle il s'entrenait » dans sa prison ». Le Kadilesquer... ordonna qu'il resterait trois jours à bien réfléchir sur sa détermination, avant qu'il fût conduit au supplice. « Ce fut le 17 de may (1703), jour de l'Ascension, que fut rendu » ce jugement et qu'il fut exécuté. *Ce jour là le père Clément fut conduit » au travers d'une foule inconcevable de peuple, de la prison au Divan, » plus lumineux et plus majestueux encore qu'il n'y avait été le 9* ». Il eut la tête tranchée sur la place dite Karameïdan...

Les derniers mots mis en italique n'ont pas, que je sache, d'équivalent bien précis dans les Actes de Jean de Phanidjoït, mais on ne contestera pas leur affinité avec un passage de l'histoire du martyr Gabriel. Ce rapprochement est curieux à noter. Il peut servir à montrer comment, en des circonstances analogues, l'observation populaire s'empare de la même donnée et l'interprète dans le même sens. P. P.

104. — * Henri CHÉROT. **Figures de martyrs. Les seize bienheureuses carmélites de Compiègne, les martyrs de la foi au temps de la Révolution, trois bienheureux martyrs de Hongrie 1619.** 2[e] édition. Paris, Beauchesne, 1907, in-8°, x-310 pp., fac-similé.

105. — * E. GRISELLE. **Le R. P. Henri Chérot, de la Compagnie de Jésus. 1856-1906. Essai bibliographique.** Paris, Leclerc, 1907, in-8°, p. 73, phototypie (Extrait du BULLETIN DU BIBLIOPHILE).

Les « Figures de martyrs » comprennent, outre l'étude de feu le P. Chérot — revue et corrigée d'après ses propres notes manuscrites — sur les Carmélites de Compiègne (cf. *Anal. Boll.*, XXVI, 386), son article intitulé : « Quelques martyrs de la foi au temps de la Révolution » et son travail sur les martyrs Hongrois (cf. ibid., XXV, 522). Suivent de nombreux et importants appendices : l'extrait des actes de baptême des bienheureuses Carmélites (cf. ibid., XXVI, 386), l'histoire ms. de S[te] Corneille de Compiègne, une supplique des Carmélites, des notes au sujet de l'expulsion de l'abbé Courouble, une requête des deux tourières pour obtenir une pension, une requête des Carmélites survivantes, diverses pièces de correspondance, des extraits de mémoires, des remarques sur les noms et sur l'âge des Carmélites, des notices biographiques sur Marie de l'Incarnation, de Vaudricourt, de Rigaud, de Brassac, de Floirac, diverses pièces relatives aux biens des Carmélites, une importante note bibliographique, enfin des renseignements sur l'état de la Compagnie de Jésus en Hongrie et l'état politico-religieux de ce pays au temps des martyrs.

Outre ces travaux dont M. l'abbé Griselle donne une édition posthume, le P. Chérot avait traité à plusieurs reprises des sujets hagiographiques (cf. *Anal. Boll.*, XII, 94; XVI, 364; XVII, 262; XXIII, 517, 520; XXIV, 391). Ce n'est là du reste qu'une faible partie des œuvres historiques du regretté et laborieux érudit. M. l'abbé Griselle vient d'en dresser avec soin, une liste complète, précédée d'une notice biographique et suivie d'excellentes tables. E. Hocedez.

PUBLICATIONS RÉCENTES

Plusieurs de ces travaux seront l'objet d'un compte rendu dans un prochain numéro de la revue.

* Baudrillart (André). *Saint Séverin, apôtre du Norique (453-482).* Paris, Gabalda, 1908, in-12, 211 pp., carte (Les Saints).
* Beaugrand (Augustin). *Un pèlerinage au IVe siècle. Sainte Lucie à Catane (5 février 304).* Paris, librairie des Saints-Pères, 1907, in-12, 89 pp., illustrations.
* [Beaugrand (A.)]. *Sainte Lucie, patronne de la vue.* Balan-Sedan, Prin, 1907, in-8°, 14 pp., illustrations.
* Bédier (Joseph). *Les légendes épiques. Recherches sur la formation des chansons de geste.* I. *Le cycle de Guillaume d'Orange.* Paris, Champion, 1908, in-8°, 431 pp.
* Bihlmeyer (Karl). *Heinrich Seuse. Deutsche Schriften.* Stuttgart, Kohlhammer, 1907, in-8°, 163*-628 pp.
* Boulenger (Fernand). *Grégoire de Nazianze. Discours funèbres en l'honneur de son frère Césaire et de Basile de Césarée.* Paris, Picard, 1908, in-12, cxv-253 pp. (Textes et Documents pour l'étude historique du christianisme, 6)
* Bremond (Henri). *La Provence mystique au XVIIe siècle. Antoine Yvan et Madeleine Martin.* Paris, Plon, 1908, in-8°, xvi-396 pp., gravures, plan, carte.
* Cavallera (Ferdinand). *Saint Athanase (295-373).* Paris, Bloud, 1908, in-12, xvi-352 pp. (La pensée chrétienne)
* Coi (Sac. Andrea). *Visite pastorali del B. Gregorio Barbarigo...* Padova, tip. del Seminario, 1907, in-8°, vii-113 pp., portrait.
* De Groot (P. Mag. J.V.), O. P. *Het leven van den H. Thomas van Aquino.* Tweede, geheel herziene druk. Utrecht, van Rossum, 1907, in-8°, xx-396 pp.
* Delanoue (Abbé A.). *Saint-Félix de Nantes.* Nantes, Biroché et Dautais, 1907, in-12, 158 pp., gravures.

Delehaye (Hippolyte). *L'hagiographie de Salone d'après les dernières découvertes archéologiques,* dans Jahresheften des österreichischen archaeologischen Institutes, t. X (1907), Beiblatt, col. 77-100. — Reproduction d'un article publié dans nos *Analecta,* t. XXIII, p. 5-18. On y a inséré plusieurs gravures empruntées au *Bullettino* de Mgr Bulić.

Delehaye (Hippolyte). *La Translatio S. Mercurii Beneventum.* Liége, 1908, in-8°, 8 pp. Extrait des Mélanges Godefroid Kurth, t. I, p. 17-24.

* Egidi (Pietro). *L'abbazia di San Martino al Cimino presso Viterbo.* Roma, 1907, in-8°, 125 pp., gravures. Extrait de la Rivista storica Benedettina, t. I et II.

* Gomme (George Laurence). *Index of archæological Papers 1665-1890.* London, Constable & Co, 1907, in-8°, xi-910 pp.

* Goyau (Georges). *Sainte Mélanie (383-439).* Paris, Gabalda, 1908, in-12, x-211 pp. (Les Saints)

* Grisar (Hartmann), S. I. *Die römische Kapelle Sancta sanctorum und ihr Schatz. Meine Entdeckungen und Studien in der Palastkapelle der mittelalterlichen Päpste.* Freiburg im Br., Herder, 1908, gr. in-8°, viii-156 pp., 7 planches et 77 illustrations.

* Grützmacher (Georg). *Hieronymus. Eine biographische Studie zur alten Kirchengeschichte.* Dritter Band. Berlin, Trowitzsch, 1908, in-8°, viii-293 pp.

* Harnack (Adolf). *Beiträge zur Einleitung in das Neue Testament.* III. *Die Apostelgeschichte.* Leipzig, Hinrichs, 1908, in-8°, vi-225 pp.

* Hilarin de Lucerne (Le R. P.), O. M. C. *Histoire des études dans l'ordre de Saint François depuis sa fondation jusque vers la moitié du XIIIe siècle.* Traduit de l'allemand par le T. R. P. Eusèbe de Bar-le-Duc, O. M. C. Paris, Picard, 1908, in-8°, vii-574 pp.

* Kwakman (Th.). *Het leven van de heilige Theresia naar de Bollandisten, hare verschillende geschiedschrijvers en haar eigen werken. Uit het fransch vertaald.* Amsterdam, van Langenhuysen, s. a. (1908), in-8°, 512 pp., gravure.

* Leipoldt (Johannes). *Geschichte des neutestamentlichen Kanons.* Leipzig, Hinrichs, 1907 et 1908, deux volumes in-8°, viii-288 et iv-181 pp.

* Lugano (D. Placido T.), Oliv. O. S. B. *Delle chiese della città e diocesi di Foligno nel secolo XIII secondo una sentenza del 1239 e la « Libra » del 1295. Con una Introduzione documentaria sulla storia del cristianesimo nell' Umbria.* Roma, 1907, in-8°, 122 pp. Extrait du Bollettino della R. Deputazione di storia patria per l'Umbria, t. X et XII.

* Mantenay (J.). *St Benoît Labre (1748-1783).* Paris, Gabalda, 1908, in-12, ii-204 pp. (Les Saints)

* *Memorie storico-ecclesiastiche di Bagnolo in Piano. Pubblicate nel IV centenario di S. Francesco di Paola.* Reggio-Emilia, 1907, in-8°, 46 pp., illustrations.

* Menge (P. Gisbert), O. M. *Haben die Legendenschreiber des Mittelalters Kritik geübt? Ein Beitrag zur Geschichte der Hagiographie.* Münster i. W., Aschendorff, 1908, in-8°, iv-59 pp.

* MEUFFELS (Hubert), C. M. *Les Martyrs de Gorcum*. Paris, Gabalda, 1908, in-12, 201 pp. (LES SAINTS)
* MOREL-FATIO (A.). *Les lectures de sainte Thérèse*. Paris, Bordeaux, 1908, in-8°, 62 pp. Extrait du BULLETIN HISPANIQUE.
* NEUBERT (E.). *Marie dans l'église anténicéenne*. Paris, Gabalda, 1908, in-12, xv-283 pp.
* OLLIVIER (Athanase). *Sainte Anne*. Nantes, Biroché et Dautais, 1907, in-8°, 446 pp., gravures.
* OTT (Adolf). *Thomas von Aquin und das Mendikantentum*. Freiburg im Br., Herder, 1908, in-8°, VIII-100 pp.
* *Philotesia Paul KLEINERT zum LXX. Geburtstag dargebracht*. Berlin, Trowitzsch, 1907, gr. in-8°, 415 pp.
* PREMOLI (Orazio M.), Barnabita. *Vita del venerabile Bartolomeo Canale, Barnabita*. Milano, Bertarelli, 1908, in-12, 189 pp., portrait.
* RINGHOLZ (P. Odilo), O. S. B. *Der selige Markgraf Bernhard von Baden*. Volksausgabe. Freiburg im Br., Herder, s. a. (1907), in-32, VIII-98 pp., illustrations. — Cf. *Anal. Boll.*, t. XII, p. 326.
* ROURE (Lucien). *En face du fait religieux*. Paris, Perrin, 1908, in-12, VII-245 pp.
* SCHOENAICH (Gustav). *Die Christenverfolgung des Kaisers Decius*. Jauer, Hellmann, 1907, in-8°, 39 pp.
* STROWSKI (Fortunat). *Saint François de Sales*. Paris, Bloud, 1908, in-12, 364 pp. (LA PENSÉE CHRÉTIENNE)
* STÜCKELBERG (E. A.). *Geschichte der Reliquien in der Schweiz*. II. Basel, 1908, in-8°, VIII-193 pp., 9 planches (= SCHRIFTEN DER SCHWEIZERISCHEN GESELLSCHAFT FÜR VOLKSKUNDE, 5).
* TRÉSAL (J.). *Les origines du schisme anglican (1509-1571)*, Paris, Gabalda, 1908, in-12, XXIII-460 pp.
* VANCE (J. Milton). *Beiträge zur byzantinische Geschichte... aus den Schriften des Johannes Chrysostomos*. Inaugural-Dissertation. Jena, 1907, in-8°, VI-83 pp.
* VISMARA (D. Silvio M.), Oliv. O. S. B. *Monasteri e monachi Olivetani nella diocesi Milanese*. Milano, Cogliati, 1907, in-8°, 79 pp., gravures.
* VOGESER (Joseph). *Zur Sprache der griechischen Heiligenleben*. Inaugural-Dissertation. München, Seitz, 1907, in-8°, XI-47 pp.
* WENCK (Karl). *Die heilige Elisabeth*. Extrait de DIE WARTBURG. EIN DENKMAL DEUTSCHER GESCHICHTE UND KUNST (Berlin, Baumgärtel, 1907, in-folio), pp. 183-210, 699-702, illustrations.
* ZAHN (Theodor). *Skizzen aus dem Leben des alten Kirche*. Dritte durchgesehene Auflage. Leipzig, Deichert, 1908, in-8°, VI-392 pp. — Nouvelle édition, légèrement retouchée, de l'ouvrage dont il a été rendu compte dans les *Analecta*, t. XVIII, p. 182.



DE MAGNO LEGENDARIO BODECENSI

Monasterium Bodecense in dioecesi Paderbornensi a S. Meinulfo anno 817 conditum primo moniales deinde canonicae usque ad saeculum XV incoluerunt (1). Quo tempore cum tanta esset rerum penuria ut aedes corruissent et bona monasterii, olim opulenti, vix sufficerent abbatissae Walburgae von dem Walde (2) eiusque ancillae nomine Cunegundi, Willelmus de Monte, electus episcopus Paderbornensis, consilio accepto (3) a consanguineo suo Bernardo Plus, constituit illud canonicis regularibus ordinis S. Augustini tradere instaurandum (4). Litteris itaque missis, priorem monasterii Zwollensis, nomine Iohannem de Waele, Paderbornam accersivit, ut negotium cum ipso pertractaret. Quibus allectus canonicus anno 1408 iter aggressus est; cumque electum episcopum adisset, monasterium Bodecense, Gobelino Persona comitante, invisit (5).

(1) Libros qui huius monasterii historiam narrant recensitos videsis apud J. ACQUOY, *Het klooster te Windesheim en zijn invloed*, t. III (Utrecht, 1880), p. 59-62, et apud O. GROTE, *Lexikon deutscher Stifter, Klöster und Ordenshäuser*, t. I (Osterwieck, 1881), p. 50-51. — (2) PROBUS, *Chronicon monasterii Bödecensis ordinis canonicorum regularium S. Augustini in dioecesi Paderbornensi scriptum saeculo XV* (Monachii, 1731), p. 3 : *Contigit circa annum MCCCC dictum monasterium non hostium incursione, sed tinea ab intus latenter corrodente ad tantam venire paupertatem, ut praefati monasterii redditus ac proventus soli abbatissae Walburgae, ibidem in vili tugurio degenti, ad eius inopiam repellendam minime sufficere potuerint; nam bona monasterii magna ex parte aut alienata fuerunt, aut aliis obligata; itaque monasterium in solitudinem quodammodo redactum videbatur; ecclesia ipsius, et turris magna absque tectis, crescentibus arboribus, velut in saltibus, superius repletae fuerant, quemadmodum radices earundem testudinibus infixae adhuc hodierno die clarius manifestant.* Cf. etiam ibid., pp. 6, 7. — (3) PROBUS, t. c., pp. 30, 41. — (4) « Litterae translationis monasterii Bodecensis de canonicabus saecularibus ad canonicos saeculares » insertae sunt a Gobelino PERSONA in suo COSMIDROMIO, aetate VI, capite XC, p. 328-29, et inde editae *Act. SS.*, Oct. t. III, p. 198-99, emendatius autem a SCHATENIO in *Annalium Paderbornensium* parte I, lib. XV, p. 493-96. Harum ecgraphum ex libro censuum ipsius Bodecensis monasterii a P. Gamans, S. I., desumptum asservatur in codice bibliothecae Bollandianae 158, p. 4-6. — (5) Cf. Gobelinus PERSONA, *Processus translationis et reformationis monasterii Budecensis*, ed. Max JANSEN, *Cosmidromius Gobelini Person und als Anhang desselben Verfassers Processus translationis...* (Münster, 1900), pp. 236, 238. De Gobelini vita videsis ROSENKRANZ,

Quod cum agnovisset ad extremam penuriam et in omnium contemptum pervenisse, atque regionem illam perpetuis bellis populatam ideoque magnam partem incultam vix necessaria subministraturam, illudne instaurare posset, multum dubitabat. Qui tamen avidior divinae gloriae quam prudentior, rem quae sibi proponebatur, tentare statuit. His ita constitutis, Walburga in concilio episcopi advocata ipsi monasterium cum omnibus iuribus et pertinentiis perpetuo tradidit; episcopus vero illud statim priori Zwollensi commisit, dummodo abbatissae certa pecunia quorundam arbitrio constituenda ad mortem usque annuatim persolveretur (1). Quae cum prior probavisset et instrumento notarii die primo septembris sanxisset (2), Zwollam perrexit, socios operaeque suae adiutores quaesiturus. Quo profecto, nimia cupiditate compulsi nonnulli, quamvis monasterium Bodecense annis abhinc viginti trigintave deseruissent, se in traditionem illam invexerunt, eo quod ius canonicale sibi in haec bona superesse contendebant. Inter quos eminebant presbyter Iohannes Rustik et rector capellae iam dudum collapsae Sancti Martini, Hermannus Ritewege, canonicae etiam quam plures. Quorum contumaciam cum Gobelinus Persona, episcopi procurator, criminaretur, Wilhelmus eos iussit coram se statuto tempore sisti, ut manifestarent quo iure, ne monasterium transferretur, obstarent. Quo tempore elapso, cum eorum nemo ad tribunal accessisset, alterum instrumentum, quo monasterium Bodecense, renuntiantibus monialibus, canonicis S. Augustini traderetur, confici iussit die 17 iulii anni 1409; sicque Iohannes de Waele cum presbyteris quinque et fratribus laicis tribus (3) ex civitate Zwolla

Gobelinus Persona. Ein biographischer Versuch, in ZEITSCHRIFT FÜR WESTF. GESCHICHTE, t. VI; BAYER, *Gobelinus Persona. Ein Beitrag zur Kritik der Geschichtsschreiber des XIV. und XV. Jahrhunderts*. I Theil. *Leben und Zeitalter Gobelins*, Leipzig, 1874; GÖBEL, *Wilhem von Ravensberg und Gobelinus Persona*, in JAHRESBERICHT DES HISTORICHEN VEREINS ZU BIELEFELD, 1877; ABELS, *Gobelin Person (1358-1425). Sein Wesen und Wirken als Paderborner Reformator zu Anfang des XV. Jahrhunderts*, in ZEITSCHRIFT FÜR WESTF. GESCHICHTE, t. II; Max JANSEN op. cit., p. VII-XXXVII. — (1) « Quitantia ultimae abbatissae », quae his verbis incipit : « *Ego Walbergis von dem Walde canonissa regularis* » data est anno Domini MCCCCXII in crastino assumptionis B. Mariae Virginis. Cf. Elenchus libri censuum monasterii Bodecensis, exscriptus a P. Gamans in codice Bibl. Bollandianae 158, p. 362. — (2) Gobelinus PERSONA, *Cosmidromius*, ed. JANSEN, p. 179 et p. 181, annot. 1. Haec genuina esse instrumenti traditionis verba vel ex eo suadetur quod eadem exscripta reperiuntur in apographo quodam registri Bodecensis anno 1450 descripti, quod P. Henschenio a P. Gamans olim missum asservatur in codice Bibl. Bollandianae 158, p. 4-5. — (3) Nomina sacerdotum e monasterio Zwollensi Bethleem dicto tradit PROBUS, op. cit., p. 8.; sunt autem : Ioannes Sebaldi, Daniel, Ioannes Kilverman, Mercellius et frater dictus Gobt. Quibus plures brevi tempore accesserunt. Cf. ibid., p. 10.

accitis monasterium accepit possidendum. Qui quam multa per primos incolatus annos perpessi sint, vix opus est dicere; cum multi contra illos insurgerent, quod sublatum capitulum nobilium puellarum dolebant, alii vero de retinendis bonis coenobii, quae iniuste occupaverant, solliciti a nullis vexationibus abstinerent. Summa interea opera in reaedificandis aedibus impendenda erat (1). Collapsis enim vetustate ipsis monasterii ruinis, ecclesiaque magnam partem testudine destituta et stabulo iumentorum facta, canonici eo penuriae venerant, ut latere summi altaris pro capitulo, imo choro pro cellario, et sacello Sancti Augustini pro triclinio uterentur. *In ecclesia braxatur*, ut scribit Probus (2), *blada triturantur, reconduntur, antiquus ambitus in eius occidentali parte pro refectorio laicorum assignatur*. Quibus incommodis illud accedebat molestissimum quod, ecclesia sub interdicto apostolico posita, canonici, ut ianuis apertis celebrare possent, in ecclesia vicina Kerckbergensi, ipsorum gratia nuper dedicata, divina peragere cogebantur (3). Rebus ita constitutis, canonici etsi immodico labori incumbebant, sibi vix parcum ac tenuem victum comparabant. Haud multo post tamen improbo conatu et invicta animi fortitudine subinvisi advenae res in prosperas verterunt, ita ut vixdum viginti elapsis annis, aedibus instauratis, agros restitutos colerent, quibus 140 canonici alerentur. Quo tempore, cum cura de rebus vitae necessariis remitteret, magis intendebant ut sibi supellectilem littera-

(1) Quantum collapsum esset monasterium his verbis Gobelinus Persona docuit : *Postquam enim ecclesia Budecensis seu eius monasterium per annos circiter quingentos quinquaginta sub regiminis feminei fragilitate steterat, declinatio eius iam annis continuata plurimis tantam vergebat in miseriam, quod ecclesia cum toto monasterio incendio vastata rusticorum dormitorium et granarium et brutorum animalium stabulum est effecta. Pavimentum eius fimo bestiarum duorum pedum altitudine cum egestionis ingluvie quasi per totum fuit coopertum. Muri et testudines eius una cum turri imbribus patentes et nivibus decem et octo annis continuis stillicidia se penetrancia tollerarunt, sola illa parte, quae chorum continebat eiusque latera, in tecto reformata. Calices, libri, campanae et ornamenta varia, census, redditus, bona immobilia atque iura ipsius aut vendicionis vel impignoracionis titulo, nonnumquam furti, rapinae aut usurpationis fraudulentae vicio, vicissim alienata fuerunt. Non remanserat tandem aedificium ex illo toto monasterio et pertinenciis ipsius omnibus, quo a molestacione pluviae vel fervore solis se posset homo tueri, praeterquam domuncula quaedam, in qua sola abbatissa cum famula grandi degebat sub aerumpna. Arbores et arbusta in capellis eius, quarum introitus, murorum fragmine prohibente, bestiis non patuit, et super earum altaria tamquam in saltu succreverant. Omnes tam canonicae quam clerici, eciam presbiter parrochialis, locum deseruerunt (Processus translationis...* apud JANSEN, t. c, p. 232-33). — (2) *Op. cit.*, p. 10. — (3) Licentiam resumendi divina tempore interdicti concessam esse a synodo Basileensi die 22 iulii anni 1436 notum est ex apographo registri Bodecensis servato in codice Bibl. Bollandianae 158, p. 7.

riam procurarent. Quo in negotio duplici causa eorum sollertia incitabatur. Nam Gobelinus Persona, historicus optimae notae et vir de monasterio bene meritus, perosis rerum ecclesiasticarum administrandarum curis, tranquillam et laboriosam senectutem libris scribendis inter ipsos transigebat. Eodem etiam ferme tempore, anno 1430, praepositus coenobii Nussiensis, ad quod pertinebat monasterium Bodecense, cum omnibus prioribus in suo capitulo unitis se Windeshemensi congregationi colligavit (1). Res profecto magni momenti, cum huius congregationis canonici inter ceteros litterarum studio eminerent (2). Correctis enim divinorum officiorum libris et pro modulo cantus interpunctis, aliquot annorum labore ex collatis undique manuscriptis genuinum librorum sacrae scripturae textum, prout a S. Hieronymo erat editum, restituere sategerunt; simili modo opera quattuor latinae ecclesiae doctorum aliorumque patrum sedulo emendarunt (3). Quae omnia tanto opere elaborata, mutuatis codicibus, summa cura et uniformi usu tum accentuum tum interpunctionum in omnibus deinceps monasteriis exscribebantur. Atque ita contigit ut bibliotheca Bodecensis ab anno circiter 1430 ditescere inciperet. Constabat haec partibus tribus, quarum una in choro sita libros liturgicos continebat; altera, quae et bibliotheca laicorum dicebatur, referta erat libris piis et asceticis lingua germanica conscriptis; tertia demum, « libraria » vocitata, ceteros omnes codices, praesertim patrum et contionatorum opera, suis arcis complectebatur. Primae harum bibliothecarum sedula iam pridem cura impensa erat. Quartus enim prior, nomine Henricus von dem Stalle (1424-1427), teste Probo, *chorales libros pro divino officio exhibendos per magnam suam diligentiam ad omnimodam sufficientiam scribi per suos fratres fecit...* (4). Nec multo post Arnoldus Huls, qui sextus prioratus officio functus est (1432-1448), librariam *multis valde utilibus libris* (5) refertam suaque opera locupletatam subpriori Hermanno Nienborch custodiendam tradidit. Qui quidem prior, cum libros chorales plurimum veneraretur, non tantum ut eos a maculis et pulveribus diligenter custodirent fratres saepius exhortabatur, sed etiam instituit ut qui tardius ad officia venissent, ad ea privatim absolvenda non novis et melioribus psalteriis et antiphonariis, sed minoribus quibusdam ad hoc scriptis uterentur.

Quo etiam tempore, id est anno 1445, novicius aliquis ex vico Montemarte ortus, nomine Hartmannus Geylinck, tractatum de accen-

(1) Cf. IOHANNES BUSCH, *Liber de reformatione monasteriorum*, c. XXXII (ed. Karl GRUBE, Halle, 1886), p. 489. — (2) Cf. ACQUOY, op. cit., t. II, p. 192-254. — (3) Cf. Ioh. BUSCH, *Chronicon Windeshemense*, c. XXVI (ed. K. GRUBE, t. c., p. 311 et sqq.) — (4) Op. cit., p. 66. — (5) ID., op. cit., p. 85.



tibus exscripsit, patefacta operis sui ratione in hac praeposita notula : *Cum animadverterem quam plurimos nostros fratres inter se discordare et errare in diversarum et difficilium partium accentibus*... (1). Eodem hoc anno in profesto S. Iohannis Baptistae passionale quoddam, quod hodie in bibliotheca liberi baronis de Brenken servatur (2), a fratre Theoderico Wees, Bodecensis monasterii professo, perficiebatur. Qui quidem canonicus haud multo post, anno inquam 1448, epistulas S. Augustini exscripsit (3). Abscedente Arnoldo Huls, unanimi consensu in priorem electus est Arnoldus de Holte, decessoris sui discipulus, vir in reformandis monasteriis maxime strenuus et de amplificanda bibliotheca valde sollicitus. Cuius iussu anno 1450 libri censuum in duobus codicibus magna cura exscripti sunt a Iohanne Custodis de Valbert prope Attendorn, dioecesis Coloniensis (4). Exstabant olim praeter rotulum perantiquum et codicem cantualem quendam pergamenum (5) tomi quattuor, quibus census quinque « officiorum » (6) continebantur. Horum primus anno 1421 exaratus erat, alter anno 1425 a fratre Henrico de Hervordia, tertius anno 1428, ultimus demum anno 1433 a fratre Gerardo de Stuttenhaus (7). Ex his omnibus codicibus, qui manifestis indiciis in Bodecensibus curam bonorum recuperandorum demonstrant, nullus superesse videtur, nisi prior ex illis duobus qui a Iohanne de Valbert anno 1450 scripti sunt (8). Alter autem quadantenus cognosci potest ex his quae P. Iohannes Gamans, S. I., ad modum indicis exscripserat et cum primis sociis Bollandianis communicaverat (9).

(1) Codex ille manuscriptus hodieque asservatur in bibliotheca Monasteriensi sub numero 316. — (2) De quo vid. infra, p. 280. — (3) Is est iam codex 2 bibliothecae Brenkensis. — (4) *Collectum et manualiter in scriptis exaratum, diligenti et frequenti, importuna et opportuna, studio et alacritate, signarique per notarios in principiis et finibus quaternionum, nec non per instrumenta ante et retro ipsum totum per appositionem decreti ordinarii, in omni sua forma, stilo et modo concepta et formata muniri et circumcludi sollicitatum est hoc praesens transcriptum et registrum cum annexis per me Iohannem Custodis de Valbert iuxta Attendorn Colon. professum in monasterio Budicensi, presbyterum et curiae parrochiali ibidem licet indignum... procuratorem ac nuntium specialiter deputatum, anno Domini 1450, sub venerabilibus ac religiosis ac Deo devotis PP. Arnoldo de Holte Colon. priore et Hermanno de Nygenborch monasterii suppriore pro et in ipso monasterio S. Meinulfi in Budeken, Paderbornensis dioecesis propter et ob causas alibi pro parte tactas* (cod. Bibl. Bollandianae 158, p. 15). — (5) *Tenor cuiusdam antiqui registri in rotula pergameni diligenter exarati de verbo ad verbum. Insuper habetur in grossa et veteri scriptura in libro pergameno cantuali de omnibus quinque officiis.* Haec verba ex primo registro, fol. 307, exscripta sunt a P. Gamans in cod. Bibl. Boll. 158, p. 308. — (6) Erant autem : « Alden Bodeken, Ettelen, Graffene, Borchlere, Swaferei ». Cf. cod. idem, p. 302-304. — (7) Cf. cod. idem, p. 18. — (8) Illo codice, iam Brenkensi (« Böddeker Copiarbuch 1 ») saepe usus est M. Jansen, op. c., p. xiii, annot. 2, et alibi. — (9) Quae excerpta etiamnum servantur in cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 361-67.

Singulis fere annis crescebat codicum numerus. Anno 1451 vel 1452, sabbato infra octavas Epiphaniae, epistulae et opuscula S. Hieronymi a fratribus Theoderico Wees et Conrado Hersfeldiae pro parte exscribebantur (1). Anno 1453 libri I-X S. Augustini *De civitate Dei* describi coepti sunt a Theoderico Geerden et perfecti opera Iohannis Dulmaniae (2), reliqua vero huius operis pars anno 1454 a Iohanne de Lippia, Theoderico Geerden et Iohanne Daventriae absolvebatur (3). Quo etiam tempore S. Hieronymi opera decem florenorum rhenensium pretio Iohannes de Usler scribi curabat (4) atque « Chronica monasterii B. Meynulphi in Bodeken » a Probo componebatur (5).

Haud multo post, priore eodem Arnoldo, magnum legendarium scribi coeptum est, quod Vitas Passionesve sanctorum, prout per menses anni ipsi celebrantur, tomis duodecim complectebatur. Qui codices summa cum cura exarati ea fortasse scriptura quae fratribus Windeshemensibus erat propria, constant singuli foliis magnis pergamenis plus minus 250. Porro ex his duodecim quinque tantum superesse cognoscuntur; sunt autem tomi ianuarius, aprilis, maius et september, qui sunt hodie in bibliotheca Universitatis Monasteriensis codices signati 20-23; quintus autem, id est october, cum aliis, quos recensuimus, libris Bodecensibus, non spernendam illam bibliothecam exornat, quae in castello Erpernburg prope Brenken, haud procul a loco in quo olim exstabat monasterium Bodecense, antiquorum canonicorum regularium memoriam et reliquias litterarias pie custodit. Et quattuor quidem priores codices quo commodiore opera et cura maiore excuteremus, egregia liberalitate viri clarissimi Caroli Molitor, praefecti bibliothecae Paulinae Monasteriensi, factum est ut in bibliothecam Bollandianam ad aliquod tempus mitterentur. Quintum etiam describere contigit; nam cum ante paucos menses socius quidam Bollandianus illac iter haberet, a nobili viro hodierno barone de Brenken perhumaniter domo exceptus, cum codicem octobrem, tum cetera volumina Bodecensia nobis evolvit.

Tomus maius ab Iohanne Dulmaniae et Hunoldo de Smalenberch professis monasterii scriptus est et anno 1459 finitus, tomus autem september a sacerdote Conrado de Hersfeldia et ab Antonio de Lippia diacono iussu Arnoldi prioris exaratus est; ceteri tres ab ignotis librariis, sed manifeste eodem tempore quo priores et scriptura haud absimili.

Iam vero vel his solis quinque voluminibus diligenter inspectis,

(1) Servatur nunc in bibliotheca liberi baronis de Brenken, codex signatus 5. — (2) Ibid., cod. 3. — (3) Ibid., cod. 4. — (4) Ibid., cod. 6. — (5) Ibid., cod. 11; quae Chronica edita est. Vid. supra, p. 257, annot. 2.

aliqua ex parte perspicere possumus quomodo compositum sit totum legendarium Bodecense. Nequaquam exscriptum esse integrum quoddam legendarium antiquius, sed ex codicibus hinc inde acceptis, ut alias saepe fiebat, collectas esse in singulos tomos Vitas sanctorum, manifestum est. Duo autem fontes praecipui assignandi videntur, id est codices nonnulli minores Bodecenses et passionale quoddam Treverense.

Novimus enim, praeter magnum passionale, in « libraria » Bodecensi fuisse et alia legendaria chartacea, forma minora, aspectu deteriora, scriptura invenusta. Horum etsi numerus certus assignari nequit, scimus tamen eos fuisse saltem septem, ex quibus quattuor in bibliotheca Monasteriensi codices supersunt, unus in Brenkensi. Aderant olim praeterea, ut liquet ex notulis duabus a P. Gamans festina manu adverso folio quorumdam ecgraphorum appositis (1), et alii duo codices signati *N. Log. 2.* et *S.*, quos nusquam repperire contigit. Quo anno hi minores codices sint exscripti, nullo indicio manifesto decernere licet. Attamen ante medium saeculum XV scripti fuisse credendi sunt. Quis enim aestimabit, perfecto insigni passionali, scribam aliquem codicillos istos pauperculos nec ullo ordine compositos exarasse? Iam age, luce clarius patet, tum ex numero libellorum qui utrobique occurrunt, tum ex eo quod quidam libelli, v. gr. documenta de S. Dympna, eodem ordine occurrunt eodemque modo mutili desinunt, alii bene multi ex Vincentii Bellovacensis *Speculo historiali* pari ratione excerpti sunt, alii demum iique rariores, ut puta Vita S. Sintrammi, ad verbum similes in utroque legendario reperiuntur, magnum Passionale partim ex illis codicibus esse desumptum.

Praeter illos legendarium Treverense (2), quod saeculo XIII exaratum novem codicibus constabat, aut saltem passionale huic simillimum, sive missis ecgraphis sive aliter, componendo Bodecensi legendario inservisse, qui seriem Vitarum in singulis mensibus collectarum inspexerit, haud aegre sibi persuadebit. Neque illud valde mirum. Vixdum enim monasterium Bodecense capitulo Windeshemensi se subdiderat, cum duodecim nova monasteria, quorum duo, Beatae Mariae in Insula et in Ebertsclusen, sita erant in dioecesi Treverensi, et ipsum reformavit.

Demum tam multae occurrunt in Bodecensi legendario Vitae sanctorum qui in Hollandia, Belgio Rhenive provinciis vixerunt aut

(1) Vid. cod. 158 Bibl. Boll., pp. 170 et 357. — (2) Accuratam huius legendarii descriptionem a v. cl. B. KRUSCH factam videsis in NEUES ARCHIV DER GESELLSCHAFT FÜR AELTERE DEUTSCHE GESCHICHTSKUNDE, t. XVIII (1893), p. 618-28.

coluntur, ut manifestum fiat usui fuisse ex iisdem regionibus codices. In more siquidem inter monasteria congregationis Windeshemensis positum erat ut ex uno ad alterum codices manu scripti mutuo mitterentur (1); coenobia autem huiusmodi in his oris erant bene multa, quorum aliquot, ut animadvertere est, fuerant a Bodecensibus canonicis reformata et continuo religiosorum commercio visitata.

Porro quomodo ex his variis fontibus Vitas excerpserint fratres Bodecenses, quantumque sit legendarii huius pretium, paucis inquirendum est. Magnum passionale Bodecense praeclaris laudibus a viris doctis ornatum esse, norunt omnes. Martenius ille quondam in monasterio deversus in eoque biduum moratus, cum hos codices manibus evolvisset, censuit illud ornamentum esse praecipuum illius bibliothecae inter ceteras dioecesis Paderbornensis praedivitis, neque umquam se tam amplum et abundans vidisse legendarium est contestatus (2). Neque in laudando parciores fuerunt Bollandi successores, cum tam saepe commemorent « Passionale Bodecense insigne et pervetustum ». Quas laudes ut recte aestimemus, fatendum quidem est et a Martenio legendarium obiter tantum esse evolutum, ut qui brevissimo tempore in monasterio moram traxerit, et hagiographos Bollandianos, quamvis illud totiens celebrent, numquam idem suis oculis inspexisse (3). Quaecumque enim de eo norunt illi, haec omnia ab apographis didicerunt quae ex legendario quam

(1) Luculentam huius rei comprobationem in eo habemus quod Vita S. Meinulphi, auctore Gobelino Persona, quae, ut ex pluribus apographis Bodecensibus liquido constat, ineunte saeculo XV in hoc ipso monasterio fuerat composita, in monasterio Bethleem prope Lovanium anno 1480 est exscripta (cod. Bruxellensis Bibl. Reg. 3391-3399, fol. 220v-224) et eodem etiam saeculo germanice versa (cod. 618 Bibl. Bollandianae, fol. 3-13v). — (2) *Voyage littéraire de deux religieux bénédictins de la Congrégation de S. Maur*, t. II (Paris, 1724), p. 246-48. — (3) Illud ipsum non uno loco confessi sunt. Ita v. gr. Iohannes Pinius : *Interim quia nec aetatem nec auctorem codicis Bodecensis apprime novimus, visum nobis est ex Flodoardo extrahere paucula illa quae de S. Mauro ac sociis martyribus ad posteros transmisit... Dicebam modo me apprime non novisse aetatem codicis Bodecensis : antiquum vero esse vel hunc ipsum codicem, vel saltem primum eiusdem fontem, videtur colligi utcumque ex eo indicio quod non meminerit nostrum exemplar de translatione eorumdem SS. Timothei et Apollinaris, quae, ut ad XXIII augusti patebit, circa medium seculi noni facta est; et refertur a Flodoardo lib. I, cap. IV. Narratur tamen in isto Ms. horum sanctorum corpora translata et condecorata fuisse sub Tilpino praesule Remensi, qui vixit saeculo octavo (Act. SS.*, Aug. t. IV, p. 517, num. 14). *Verosimillime igitur in alterutrum codicem error irrepsit; sed nescimus, uter alteri praeferendus sit propter antiquitatem, quae ex oculata characterum inspectione et mutua utriusque codicis collatione tantum utcumque determinari possit* (*Act. SS.*, Aug. t. I, p. 246, num. 32).

plurima P. Iohannes Gamans vel ipse paravit, vel ab aliis confici curavit (1). Cuius studium haud semel in *Actis Sanctorum* est laudatum; et recte quidem, quippe qui et ex omnibus Germaniae monasteriis ecgrapha procuraret, cum editis conferret et quandoque, ut videre est in actis S. Meinulphi, ipsum commentarium suggereret. Bodecensibus apographis multum usi sunt hagiographi, ut Vitas plus quinquaginta ex solis illis codicibus, alias multas iisdem cum aliis manuscriptis collatis ederent (2). Nihilo minus haud raro Bodecensium voluminum auctoritas ipsis dubia visa est. Saepe enim, facta cum aliis codicibus comparatione, stilus ecgraphi Bodecensis, contracta narratione amplificatave, ab aliis omnibus recensionibus ita discrepans reperiebatur, ut vix ac ne vix quidem genuinus haberi ubique posset (3); ac proin voces diversas, ubi multae occurrebant, aut prorsus neglexerunt, aut praecipuas tantum in annotatis signarunt (4). Et re quidem vera multis locis scribae horum legendariorum libellos proprio marte retractarunt, ut quidam illorum ipse fatetur : *Mihi commodo futurum reor si passionem quandam grandi quidem et horrido modo ac pro hoc contemptibili conscriptam stilo, beati scilicet Vincentii, leniore locutionis modo sensibus reddam; fiatque mihi merces operis studiosi intentio lectoris. Ipsam vero rei gestae seriem non de ea, quam praedixi, prosaica narratione, ut puta quae sensum, ut ego arbitror, omnium fugit, sed de illustris viri Prudencii metrica descriptione collegi* (5). Ceterum quam saepe scribae Bodecenses liberiore modo suis libellis usi sint, facile perspiciet qui animum adverterit tot esse Vitas quae aliis ac consuetis verbis incipiant aut desinant.

Proinde legendarium Bodecense nec vetustissimum est dicendum, cum sit medio saeculo XV exaratum, nec omnino insigne, cum tot Passiones detruncatas aut amplificatas aut retractatas exhibeat. Hac

(1) Ubi Passiones vel Vitae tum in codicibus minoribus, tum in magno legendario occurrebant, ex hoc illas exscripsit P. Gamans, etsi erant illi antiquitate priores. Cf. supra, p. 263. — (2) Libelli qui in *Actis Sanctorum* e codicibus Bodecensibus solis vel saltem ex illis potissimum editi sunt, signantur in *BHL*. his numeris : 179, 747, 748, 749, 825, 1000, 1243, 1244, 1434, 1938, 2205, 2329, 2333, 2523, 2559, 3222, 3299, 3563, 3564, 3734, 3760*, 3776, 3793, 3855, 3932, 4143, 4466, 4952, 5025, 5031, 5883, 5985, 6000, 6028, 6324, 6418, 6866, 6989, 6993, 6995, 7101, 7207, 7265, 7334, 7523, 8264, 8265, 8410*, 8500, 8703, 8765*, 8783, 8858, 8876, 8997. In hoc elencho stellula notavimus eos libellos quorum sola pars ope codicis Bodecensis edita est. Praeterea Vitas saltem 35 editas fuisse adhibitis eisdem codicibus deprehendimus. — (3) Cf. *Act. SS.*, Iul. t. VII, p. 555, num. 24; Aug. t. III, p. 48, num. 8, et p. 68, annot. *b*; Aug. t. IV, p. 498, num. 9. — (4) Notatu dignum videtur Bollandi successores permultas Vitas ex Bodecensibus codicibus acceptas indignas quae prelo mandarentur iudicasse, cum ex eis plus triginta in commentariis praeviis brevi mentione tantum indicarint aut compendio exhibuerint. — (5) Cf. infra, p. 285[22].

in re tamen ceteris multis praestat, quod libellos de sanctis Belgii, Hollandiae et Rhenanae provinciae, qui rariores quaerentibus obvii fiunt, bene multos continet. Qua de causa rem haud inutilem nos facturos esse duximus, si eos hic data opera recenseremus. Et primo quidem catalogum codicum minorum proferimus; tum ipsum magnum legendarium explicaturi non iis solis voluminibus evolvendis contenti sumus, quos prae manibus habuimus descriptosve accepimus, mensium dico ianuarii, aprilis, maii, septembris et octobris; sed ceteros, qui aut perierunt aut ignoti latent, quantum fieri potuit, collegimus et veluti restituimus. Ad quod nobis usui venerunt :

1° ea in *Actis Sanctorum* quae de libellis, qui in hisce voluminibus legebantur, dicta sunt vel quae ex eis edita;

2° apographa ex eisdem voluminibus ad antiquos hagiographos a P. Gamans missa, ex quibus pars quidem periit, multa tamen supersunt, quae dispersa invenire est in illis collectaneis Bollandianis, quorum centum circiter volumina possidet bibliotheca Regia Bruxellensis et paene totidem hodierna bibliotheca Bollandiana;

3° elenchi duo Vitarum, quae ex codicibus Bodecensibus exscribendae erant aut cum eis conferendae; quos elenchos a P. Gamans raptim descriptos repperimus in codice 158 bibliothecae Bollandianae, pp. 170 et 357.

H. Moretus, S. I.



I. LEGENDARIA BODECENSIA MINORA

CODEX MONASTERIENSIS 329 (AL. 1191, CATAL. 217)

Chartaceus, foliorum sign. 188, praeter duo folia (A, B) membranea in initio et ad finem codicis (0m,216 × 0,146), exaratus variis manibus saec. XV.

Initio codicis (fol. Bv) legitur : *Liber canonicorum regularium domus Sancti Maynulfi in Bodeken Paderburnensis dyocesis*. Sequitur elenchus eorum quae in codice continentur (saec. XV).

Signatus erat olim in bibliotheca Bodecensi *S Nou*. Cf. cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 357.

1. (Fol. 1-2) Passio S. Vassii = *BHL*. 8500. April. 16.

2. (Fol. 2-4) Vita S. Ursmari ep. = *BHL*. 8416. April. 18.

Omissus est prologus.

3. (Fol. 4-6) Vita S. Erminonis ep. et conf. = *BHL*. 2614. April. 25.

4. (Fol. 6-8) Vita S. Potentini ducis et conf. = *BHL*. 6904, 6905. Iun. 18.

5. (Fol. 8-9v) Vita S. Ymerii conf. = *BHL*. 3959 β. Nov. 12.

6. (Fol. 9v-15) Passio S. Salvi ep. = *BHL*. 7472. Iun. 26.

7. (Fol. 15v-68) Vita domni Norberti archiep. = *BHL*. 6249, 6250.

Desunt num. 14-17.

8. (Fol. 68v-106v) Passio et miracula S. Engelberti = *BHL*. 2546, 2547.

9. (Fol. 107-128) Liber magistri Petri episcopi Cameracensis de vita et gestis Caelestini papae V = *BHL*. 6751.

10. (Fol. 129-144v) Vita S. Glodesindis virg. = *BHL*. 3563, 3564. Iun. 25.

11. (Fol. 144v-148v) Natalis S. Amoris conf. = *BHL*. 392. Oct. 8.

Deest prologus.

12. (Fol. 148v-159) Passio ss. mm. Tharaci, Probi et Andronici = *BHL*. 7981, 7982. Oct. 11.

13. (Fol. 159-172v) Vita S. Trudonis ep. et conf. = *BHL*. 8321 b. Nov. 23.

Deest prologus.

14. (Fol. 172v-179) Vita S. Vitoni Virdunensis ep. Nov. 9.

Inc. *Francorum rex Clodovaeus potentissimus, dum studiosissime adversarios quousque circumcirca debellare satageret* — Des. *Quae cum fuisset adducta ad monasterium, pannum satis accuratum pro voto obtulit beato Vitono; et non longo post, miserante Deo et interveniente sancto, liberata est a suae debilitatis incommodo; cuius et nos intercessione liberari petimus a malo. Amen.*

15. (Fol. 179-182) Qualiter corpus B. Amandi in locum quo nunc requiescit fuerit translatum et de dedicatione basilicae ac de ordinatione episcopatus ipsius = *BHL.* 342. Oct. 26.

Reliquis omissis, des. *inventum honorabile eius corpus* (= *Act. SS.*, Feb. t. I, p. 890 E).

16. (Fol. 182-183v) Passio S. Luciani mart. = *BHL.* 5008. Ian. 7.

Etsi stilus plurimis in locis mutatus est, incipit tamen et desinit ut *BHL.* 5008.

17. (Fol. 183v-187v) Vita S. Gudulae virg. = *BHL.* 3625. Ian. 8.

Sola prima capita Vitae, sententiis etiam quibusdam omissis. Des. *omnium immanentium sibi indixit* (= *Act. SS.*, Ian. t. I, p. 528).

Sequitur officium de S. Gudula (fol. 187v-188).

CODEX MONASTERIENSIS 348 (AL. 1179, CATAL. 218)

Chartaceus, foliorum A, B (membr.) et sign. 230 (0m,215 × 0,146), exaratus variis manibus saec. XV.

In folio Av legitur : *Liber canonicorum regularium in Bodeken, ordinis Sancti Augustini episcopi, Paderburnensis dyocesis.* Sequitur (fol. Av-B) index libellorum saec. XV descriptus..

In bibliotheca Bodecensi signabatur littera *T* in dorso. Cf. Gamans in cod. 158 Bibl. Bollandianae, pp. 339, 357.

1. (Fol. 8v-9) De S. Hildemico (= Hildeverto) Meldensi ep. Maii 26.

VINCENTIUS BELLOVACENSIS, *Spec. hist.*, XXIV, 25.

2. (Fol. 9-9v) Vita S. Salabergae virg. et abbatissae. Sept. 22.

Ibid., XXIV, 30.

3. (Fol. 9v-10v) Vita S. Goerici ep. Sept. 19.

Ibid., XXIV, 74.

4. (Fol. 10v-14) Vita S. Maurilii ep. Andegavensis. Sept. 23.

Ibid., XVIII, 20-27.

5. (Fol. 14-15) Vita S. Audomari Tarvanensis ep. Sept. 9.

Ibid., XXIV, 108-9.

6. (Fol. 15-15^v) Vita S. Honorati Arelatensis ep. et conf. Ian. 16.
Ibid., XXI, 21-22.

7. (Fol. 15^v-17^v) Vita S. Odgeri diaconi = *BHL.* 6269. Sept. 10.

8. (Fol. 17^v-18) Translatio S. Firmini mart.
In octava Epiphaniae Domini.

VINCENTIUS BELLOVACENSIS, *Spec. hist.*, XVII, 90 a med., 91. — Inc. *Temporibus Theoderici regis Francorum vir nobilissimus Salvius* — Des. *plurimique aegroti sanati sunt.*

9. (Fol. 18-46^v) Vita S. Athalae virg. Dec. 3.

I. VITA. Inc. prol. *Beatis in Christo sororibus coenobii Sancti Stephani Argentinensis C. diaconus humilis..... Devotis precibus vestris* — Inc. *Beatissima igitur virgo Athala ex nobilissimis Galliae progenitoribus* — Des. *sed quia sic morte subita et inopinata intercepta obierat.*

II. DE REVELATIONE S. ATHALAE (fol. 31^v). Inc. prol. *Quoniam in ante positis dictatis* — Inc. *Igitur anno 1172, cum admirabili Summi Patris ordinatione* — Des. *audierant domino Iesu Christo et gloriam referebant; cui est... Amen.*

Huius legendae epitomen, in qua primi scriptoris verba fere servata sunt, habemus in libellis *BHL.* 740 et 741. Qui etsi breves valde sunt, optime tamen vix non omnia perhibent quae plurimorum verborum ambitu in hoc codice narrantur ab initio usque ad fol. 40^v. Ista sola in Vita nostra legimus, quae in epitome praetermissa sunt 1°) patrem S. Attalae, mortua priore coniuge, ex qua S. Attalam genuerat, alteram duxisse, Balthildam egregiam virginem; 2°) dum in ecclesia Sancti Stephani conquirerentur reliquiae S. Attalae, quae pridem in terra absconditae essent, reperta esse corpora alia, et quidem patris, matris, novercae, sororum S. Attalae; 3°) ipsum corpus, quod S. Attalae esse crediderint, repertum esse die 1 augusti; nullo tamen certo indicio ostensum fuisse hoc esse reapse corpus S. Attalae. 4°) Insuper dum bis in epitome generatim dicitur facta esse quaedam miracula (GRANDIDIER, p. LII, lin. 12-13 et lin. 41-42), ea in longiore legenda singillatim narrata sunt (fol. 26-31^v et 38-40^v); versantur autem fere in sanatione aegrotorum vel infirmorum, suntque ad rem historicam momenti levissimi, cum ne nomina quidem ulla hominum vel locorum praebeant.

Quae in reliqua parte legendae (fol. 40^v-46^v) traduntur, ea in epitome sunt prorsus praetermissa. Sunt vero haec : 1°) molestam dubitationem, qua premerentur moniales Sancti Stephani, eis exemisse S. Attalam, quando Hemmae devotae conversae (cf. *BHL.* 741 extr.) iterum apparens moneret reapse hoc suum esse corpus, quod inventum esset, sed et quaedam alia doceret (v. gr. avunculum suum Childericum, nobilem principem, in ecclesia Sancti Stephani esse tumulatum) et monita adderet, quibus moniales ad pie religioseque vivendum adhortaretur. 2°) Hac narrata visione nullaque clausula interposita, subiuncta est narratio de nescio qua beata Ymma,

cuius corpus tunc in ecclesia Sancti Stephani etiam repertum est. Quae in gente Francorum nobili loco orta, postquam *duci domino Lovinensi nomine Luitoldo*, — eodemque cognato Balthildae, quam S. Attalae novercam fuisse ferunt, — licet invita, nuptui data erat atque annos duodecim in coniugio transegerat, cum mortem proxime adesse novisset, a viro suo postulavit primo ut ambo vitam monasticam amplecterentur; postea ut saltem sibi liceret Argentoratum contendere et ecclesiam Sancti Stephani visitare; tertio ut, postquam vita functa esset, curaret maritus corpus ipsius Argentoratum deferri et in ecclesia Sancti Stephani tumulari. Marito singula recusante, id saltem impetravit Ymma *ut quando Dei ordinatione saeculo taedioso decederet, corpus eius ligneo vasi cum cirografo sigillato firmiter inclusum apud Bingense castrum, ubi sedes eius olim fuerat, super undas Reni manifeste ponerent, et quo gubernator omnium[que] vellet et iter dirigeret, ibi sepulcrum ei secundum eius piissimam clementiam indubitanter fieret. Adiecit etiam hoc suae exhortationi prudentissima matrona, futurorum praescia, de salute sua multum sollicita, ut praedium quoddam apud Gunminscheim in remedium animae suae ad ecclesiam illam perpetualiter attineret et fideliter tributum debitum quotannis persolveret, iuxta quam eius corpusculum sub Iesu Christi miseratione usque in tempus resurrectionis in pace requiesceret.* Quod ita factum est, feretrumque Rheno fluvio immissum, nullo duce, nullo remige, adverso flumine Argentoratum usque annatavit atque in ecclesia Sancti Stephani reconditum est, in cuius proinde possessionem praedium illud apud Gunminscheim venit.

10. (Fol. 46ᵛ-53) Vita S. Gummari conf. = *BHL*. 3694 a. Oct. 11.

11. (Fol. 53-56) Passio SS. duorum Ewaldorum mart. Oct. 3.

Inc. *Venerandam pretiosorum Christi martyrum Ewaldorum passionem omnis* (cod. *omnes*) *catholica per mundi ambitum exsultans veneretur ecclesia* — Des. *ad aedificationem fidelium simile miraculum renovavit. Cui soli... Amen.*

12. (Fol. 56-75ᵛ) Vita S. Adalhardi Corbeiensis ab. edita a viro eruditissimo Radberto Paschasio, qui quartus post eum abbatiam rexit = *BHL*. 58, 59.

Praefixum est carmen, quod inc.

O Pater eximie, monachorum dux Adalharde...

et des. *Ut pietate sua nobis det gaudia vera.*

Subiunctus autem hymnus (8 × 4), qui inc. *Iocunda festi gaudia caelestis aulae civibus Christus sacrator contulit...* et des. *Christo Patrique gloria sit, sancto simul Pneumati potestas iubilatio per infinita saecula. Amen.*

13. (Fol. 75ᵛ-77) Vita S. Clari ab. et conf. = *BHL*. 1825. Ian. 1.

14. (Fol. 77-77bisᵛ) De S. Avito archiep. Viennensi = *BHL*. 885. Febr. 5.

Collato huius codicis apographo ed. in *Act. SS.*, Febr. t. I, p. 667-69.

15. (Fol. 77bis^v-78^v) Vita S. Mammerti archiep. Viennensis = *BHL*. 5204. Maii 11.

16. (Fol. 78^v-80) Passio S. Zachariae ep. et mart. = *BHL*. 8997. Maii 27.

Des. *Contemnamus quae contempsit, ut cum ipso et cum sanctis omnibus adipisci mereamur aeternam requiem, quam ipse promisit, pro cuius decertavit nomine rex caelorum Christus.*

17. (Fol. 80-82) Vita S. Severi = *BHL*. 7692.

18. (Fol. 83-88) Vita devotae virginis Elizabeth de Spaelbeeck = *BHL*. 2484.

19. (Fol. 89-101^v) Vita B. Hermanni monachi in Steynfelt, qui cognominatus est a B. Virgine Ioseph.

Epitome *BHL*. 3845, 3847. — Nullus est prologus et prorsus omissa sunt ea quae narrantur in Vitae *BHL*. 3845, num. 42-58.

20. (Fol. 102-103) De S. Eutropio.

Vincentius Bellovacensis, *Spec. hist.*, xi, 18-21.

21. (Fol. 103^v) Passio S. Yonii presb. et mart. Aug. 5.

Ibid., xi, 23.

22. (Fol. 103^v-104^v) Passio S. Luciani presb. et mart. = *BHL*. 5011. Ian. 7.

23. (Fol. 104^v-106^v) Vita S. Reguli ep. et conf. = *BHL*. 7109. Mart. 29.

24. (Fol. 106^v-108^v) De S. Taurino Ebroicensi[s]. Aug. 11.

Vincentius Bellovacensis, *Spec. hist.*, xi, 33, 34, 76-79.

25. (Fol. 108^v-109^v) De S. Pontio mart. = *BHL*. 6897. Maii 14.

26. (Fol. 110) Passio ss. virg. Iustae et Rufinae = *BHL*. 4568. Iul. 19.

27. (Fol. 110-110^v) Passio S. Marcianae virg. = *BHL*. 5259. Ian. 13.

28. (Fol. 110^v-111) De S. Viventio conf. Ian. 13.

Vincentius Bellovacensis, *Spec. hist.*, xiv, 99.

29. (Fol. 111-111^v) De S. Florencio conf. Sept. 22.

Ibid., xiv, 100, 101.

30. (Fol. 112-131) Vita S. Malachiae ep. et conf. = *BHL*. 5188.

31. (Fol. 131-132) Tractatus venerabilis abbatis Odonis Morimundi de transitu B. Bernhardi Clarevallensis abbatis = *BHL*. 1210.

32. (Fol. 132-150^v) Mandatum sedis apostolicae de scribenda vita et miraculis B. Petri Tharentasiensis archiep. et conf. Vita a domino Gaufrido abbate = *BHL*. 6772-6774. Maii 8.

Additae sunt epistulae pro impetranda canonizatione. Cf. *Act. SS.*, Maii t. II, p. 345-48.

33. (Fol. 150ᵛ-164) Vita S. Fulgencii ep. et conf. = *BHL*. 3208. Ian. 1.

34. (Fol. 164-165ᵛ) Sermo de S. Maynulfo confessore patre nostro.

Mera laudatio, cuius apographum servatur in Bibl. Bollandiana, cod. 158, p. 339-42. — Inc. *Hodierna sollemnitas, fratres carissimi, quam nobis auctor atque opifex* — Des. *Benedictus sit ille in firmamento caeli... Amen.*

35. (Fol. 165ᵛ-187) Vita S. Augustini abbreviata. = *BHL*. 787, 786.

36. (Fol. 188-190) Passio S. Ponciani martyris = *BHL*. 6892. Ian. 14.

37. (Fol. 190-190ᵛ) De miraculo novo B. Marthae.

Eadem referuntur quae aliis verbis narrata legere est apud Mombritium t. II, fol. 130ᵛ, col. 2, et fol. 131, col. 1. — Inc. *Aliud quoque miraculum idem Fronto episcopus beatae Marthae memoriam agens fratribus suis narrabat dicens : « Post sepulturam* — Des. *Habeamus ergo, carissimi, in hospitio cordis nostri memoriam hospitae Christi, ut ipsa mediante...*

38. (Fol. 190ᵛ-191) Passio S. Macrae virg. = *BHL*. 5128. Ian. 6.

39. (Fol. 191ᵛ-201ᵛ) Minor legenda B. Francisci = *BHL*. 3110.

Addita est ex Vita *BHL*. 3107 narratio canonizationis et translationis eiusdem sancti (*Act. SS.*, Oct. t. II, p. 782-83).

40. (Fol. 202-206ᵛ) Vita S. Liudtrudis virginis rithmice scripta a Theoderico Trevirorum archipraesule = *BHL*. 4952.

41. (Fol. 207-218) Miracula S. Francisci post mortem eius ostensa = *BHL*. 3109.

42. (Fol. 219-229) De vita S. Ethmundi ep. et conf., Canthuariensis archiepiscopi. Nov. 16.

VINCENTIUS BELLOVACENSIS, *Spec. hist.*, XXXII, 67-88.

CODEX MONASTERIENSIS 353 (AL. 1177, CATAL. 219)

Chartaceus, paginarum sign. 415 (0^{m},211 × 0,147), exaratus variis manibus saec. XV. In folio insiticio membraneo scriptum est saec. XV : *Liber canonicorum regularium monasterii Sancti Manulfi in Bodiken Paderburnensis diocesis.* Sequitur index libellorum.

1. (Pag. 49-55) Vita S. Radbodi Traiectensis ecclesiae ep. = *BHL*. 7046. Nov. 29.

2. (Pag. 55-58) Vita S. Lebuini presb.

Epitome Vitae quae legitur infra, 5. — Inc. *Anglorum patria, quae pio beati papae Gregorii studio ad christianitatem producta est* — Des. *in*

quo loco per servum suum Lebuinum Dominus virtutes multas operatur usque in hodiernum diem.

3. (Pag. 59-62) Vita et passio S. Cunerae virg. et mart. = *BHL.* 2011. Iun. 12.

4. (Pag. 62-68) Vita B. Werenfridi conf. = *BHL.* 8858. Aug. 14.

5. (Pag. 68-84) Vita S. Lebuini presb. et conf. = *BHL.* 4812.

Praefixus est prologus Hucbaldi ad Baldricum episcopum (inc. *Pontificalis apicis dignitatem decenter amministranti...*), de quo V. Rose, *Verzeichniss der lateinischen Handschriften der Kön. Bibliothek zu Berlin*, t. II, 2 (1903), p. 850.

Subiuncta est epistula Petri archidiaconi Cameracensis, ed. apud Martene et Durand, *Vet. scr. ampl. coll.*, t. I, col. 265-66.

Sequitur notula : *Item Vita eiusdem S. Lebuini presbyteri ex praecedenti legenda compendiosius compilata : Sanctus Lebuinus ex Britannia Angliae insula oriundus fuit. Hic in infantia sua a parentibus, ut supra* (pro *ut supra* correxit alia manus : *Superius aliter habetur*). Cf. supra, 2.

6. (Pag. 84-85) Passio S. Benigni ep. et mart. = *BHL.* 1159. Iun. 28.

7. (Pag. 85-91) Inventio corporum SS. Benigni martyris et Agnetis virginis = *BHL.* 165.

8. (Pag. 91-95) Egloga ecclesiastica Radbodi sanctae Traiectensis ecclesiae famuli de virtutibus B. Lebuini presbyteri et de sancto nomine eius, quod non sine quodam futurorum praesagio sortitus esse creditur. = *BHL.* 4811.

Subiuncti sunt Versus Ludionis (immo Iudionis) in confirmatione operum magistri sui Hucbaldi praesulis destinati, ed. *P. L.*, t. CXXXII, col. 877-78.

9. (Pag. 97-109) Vita S. Magnerici Trevirorum archiep. = *BHL.* 5149. Iul. 25.

10. (Pag. 109-117) Vita S. Pauli Virdunensis ep. = *BHL.* 6600.

11. (Pag. 118-121) Vita S. Lubentii presb. et conf. = *BHL.* 4968. Oct. 13.

12. (Pag. 123-125) Vita B. Gregorii ep. Traiectensis = *BHL.* 3681.

13. (Pag. 125-127) De S. Theodora = *BHL.* 8071. Iul. 12.

14. (Pag. 128-132) Vita beatissimae virginis Erendrudis, quae in Salzburgensi ecclesia corporaliter requiescit.

Inc. *Cum beatissimus Rupertus Wangionum episcopus tempore arianae persecutionis* — Des. *cuius corpus in Iuvavensi* (cod. *Vivavensi*) *civitate aromatibus conditum in monasterio Beatae Mariae cum summa veneratione pridie kal. iulii sepulturae traditum est.*

15. (Pag. 132-137) Legenda S. Ludowici ep. = *BHL.* 5054. Aug. 19.

Paginae 135 et 136 postea codici accesserunt, ante tamen quam paginarum numeri inscriberentur. In pagina 135 addidit manus paulo recentior ea quae prius in fine erant praetermissa; recentiore etiam manu in marginibus pag. 132-137 nonnulla suppleta sunt et lemmata capitum ascripta. Pagina 136 nihil habet.

16. (Pag. 138-141) Passio S. Reynoldi mart. = *BHL.* 7110.

17. (Pag. 141-159) Passio S. Matthiae apost. = *BHL.* 5700. Febr. 24.

Desunt prologus et epistula.

18. (Pag. 159-161) Miraculum de corpore S. Thomae apost. = *BHL.* 8146.

19. (Pag. 162-172) Vita S. Bernwardi ep. a Tangmaro presb. = *BHL.* 1253, 1256.

Ceteris omissis, exscripta sunt dumtaxat Vitae *BHL.* 1253 cap. 1-10, 46, 47, 49. 50, 53, 54, 55 (usque ad : *devotione sepelitur*), et Miraculorum *BHL.* 1256 cap. 1-4, 12, 18. — Des. *Neque hoc reticendum... testati sunt* (= *MG.*, Scr. t. IV, p. 784, annot. *a*). *Sunt et alia plura quae per eum fecit Deus miracula; quae silentio praetereunda videntur, ne fastidium lectori generetur.*

20. (Pag. 173-182) Incipit vita et honesta conversatio dominae Dorotheae de Prutzia, quae honestissimam vitam gessit in quolibet vitae suae statu et de austerissima vita sua quam duxit in inclusorio, ut liquet in sequentibus. = *BHL.* 2329. Oct. 30.

21. (Pag. 182-194) Aliqua miracula ad invocationem B. Dorotheae viduae et inclusae de Prutzia per dominum nostrum Iesum Christum facta = *BHL.* 2333.

22. (Pag. 195-209) De transitu B. Epiphanii Ticinensium ep., Hildensemensium patroni = *BHL.* 2572, 2573. Ian. 22.

23. (Pag. 211-222) Vita S. Onufrii heremitae = *BHL.* 6336. Iun. 11.

24. (Pag. 223-247) Liber miraculorum S. Volcquini abbatis Sichemensis = *BHL.* 8730.

25. (Pag. 247-252) Vita S. Eparchii presbyteri monachi = *BHL.* 2559. Iul. 1.

26. (Pag. 255-274) Vita vel miracula gestorum S. Philippi confessoris Christi. = *BHL.* 6830-6832. Maii 3.

27. (Pag. 275-282) Visiones Petrissae virginis.

Inc. *Erat quaedam ancilla Dei, nomine Petrissa,... ortum trahens de Colonia* — Des. *et vermibus venenosis et nocivis et cetera.* — Narratur Petrissae cuiusdam, de qua Hartzheim, *Bibliotheca Coloniensis* (1747), p. 265, visio, in qua cum Helia et Henoch collocuta sit. Sequitur narratio de situ et forma paradisi; nihil autem de inferno nec de purgatorio dicitur; neque nominatus est Henricus sacerdos, a quo Petrissae visiones conscriptae esse feruntur.

28. (Pag. 282-291) Vita et passio S. Quiteriae virg. et mart. = *BHL.* 7043. Maii 22.

Des. *et confestim hodiernis temporibus ibi et alibi, ubi devote ad eam recurritur, etiam cito curantur per virtutem Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus sancti. Rogemus ergo ipsum Deum, ut ad gloriam meritis dictae sanctae cum angelis sanctis suis in vitam aeternam, ipsa adiuvante, pervenire mereamur in saecula saeculorum. Amen. Quae passa fuit in Vasconia prope civitatem Adurensem XI kal. iunii, sub anno incarnationis D. N. I. C. 477.* — De qua *Act. SS.*, Maii t. V, p. 172, num. 4, 8.

29. (Pag. 293-301) De sancto Wernero.

Annotavit quaedam manus in indice Vitarum : *Vacat*; altera autem, pag. 293 : *Prior de Kirssgarten mittit;* tertia vero ibidem : *Non scribatur istud sequens.* Praeterea omnia quae scripta erant p. 293 linea obducta delenda indicantur.

Inc. *De Wernhero quiescente in Bakaracho* — Des. *Salvo iure addendi minuendi corrigendi mundi cordi.* Subiuncta sunt carmina haec :

Numquam Wernherus poterit martir fore verus;
Si steterit clerus, confessor erit quia serus...
Callidus ille draco multos capit in Bakarako;
Pervertendo fidem phanum venerantur (cod.-*ter*) *ibidem.*
Vos de mustela nescitis qualia tela
Daemonis inde status wesela (1) *fides fatus.*
Novit Dominus an ita sit, ego non credo his, sed Deo committo, et cetera.

30. (Pag. 303-308) Passio SS. Petri et Chiron (*cod.* Ethyron), Ammonis Serapionis sociorumque eorum = *BHL.* 5240. Aug. 27.

31. (Pag. 308-312) Passio ss. mm. Longini et Affrodisii = *BHL.* 4965. Sept. 1.

32. (Pag. 312-344) Vita S. Barsanofii conf. Sept. 13.

De qua *Act. SS.*, April. t. II, p. 957-58. — Inc. prol. *Ad virtutis commendationem suspectus* (*susceptus* ante corr.) *est sermo rethoricus* — Inc. *Beatus itaque Barsanofius natione aegyptius, oppido Petrodi oriundus, patre Helya, Heulampia matre, fidelissimis genitus est* — Des. *dignis obsequiis condiderunt XIII mensis septembris, die parasceves, hora nona, regnante...*

33. (Pag. 344-348) Relatio de translatione eiusdem = *BHL.* 1000.

34. (Pag. 348-361) Vita S. Frontonis ep. = *BHL.* 3182. Sept. 29

35. (Pag. 363-379) De S. Pusinna virg. = *BHL.* 6993.

(1) Nota germanice dici *Wiesel* id quod latine *mustela*.

36. (Pag. 381-384) Vita S. Wilhelmi archiep. Bituricensis, ordinis Cisterciensis. = *BHL.* 8905. Ian. 9.

Interposita sunt quaedam in epitomen contracta ex *BHL.* 8904.

37. (Pag. 385-392) Translatio S. Pusinnae virg. = *BHL.* 6995.

38. (Pag. 393-396) Vita S. Florentii ep. et conf. = *BHL.* 3044. Nov. 7.

39. (Pag. 397-398) Bulla Innocentii papae de canonizatione S. Petri novi martyris, ordinis Praedicatorum = *BHL.* 6722.

Des. paulo ante finem : *duximus ascribendum.*

40. (Pag. 400-403) Passio S. Thimonis Iuvavensis (*cod.* Vivariencis) ecclesiae archiepiscopi, edita ab Heynrico Bredenowensi abbate = *BHL.* 8132.

41. (Pag. 404) Passio ss. mm. Sperati, Nartali et sociorum eorundem.

Proxime accedit ad *BHL.* 7527. — Inc. *In diebus illis praesidente Claudio consule Kartagini...*

42. (Pag. 404-409) Passio S. Mammarii et sociorum eius = *BHL.* 5206. Iun. 10.

43. (Pag. 409-415) Vita S. Dalmatii conf. Dec. 5.

Inc. ut *BHL.* 2082. — Des. *Et veniente ibi beato Petro apostolo, una cum sanctorum obsequiis intra caelestis paradisi ianuas receptus sit, et cum patriarchis et prophetis et apostolis et innumerabili congregatione sanctorum credimus eum locatum in gloria aeternitatis, per... Amen.*

CODEX MONASTERIENSIS 354 (AL. 1175, CATAL. 220)

Chartaceus, paginarum 509 (0m,212 × 0,145), exaratus variis manibus saec. XV, paginis 85-171 bipartitis.

In folio insiticio descriptus est saec. XV index libellorum. Ibidem summo folio habetur : *Liber canonicorum regularium ordinis Sancti Augustini domus Sancti Maynulfi in Bodeken Paderburnensis diocesis.*

1. (Pag. 173-178) Legenda S. Ludovici olim regis Francorum = *BHL.* 5043.

2. (Pag. 178-179) Sequuntur quaedam beatissimi Ludovici miracula; quae quia omnia narrare non sufficimus, aliqua celebriori memoria digna ad Dei et sui gloriosissimi confessoris Ludovici gloriam et fidelium utilitatem veridica narratione describemus.

Quae vix non totidem verbis leguntur in epitome *BHL.* 5044. Sunt vero haec : miraculum unum « ante suam canonizationem » (*Non multo post... per naturam* = Bouquet, t. XXIII, p. 165 E-G) ; duo vero « post canoniza-

tionem eius » (*Anno vero quo beatus... pristinae sanitati* = ibid., p. 167 C-F, et *Publicata vero... incolumes et illaesi* = ibid., p. 165 E-166 C), subiuncta clausula : *Multa etiam alia per orbem contigerunt praecipue circa locum suae benedictae sepulturae meritis et precibus beati Ludowici, ad laudem... Amen.*

3. (Pag. 180-192) Passio S. Dympnae virg. et mart. = *BHL.* 2352. Maii 15.

4. (Pag. 193-197) Miracula S. Dympnae virg. et. mart. Christi = *BHL.* 2353.

Reliquis omissis, des. *potenter eripuit* (*Act. SS.*, Maii t. III, p. 488 D), additis carminibus :

Quot caeli stellae, tot sunt miracula Dympnae,
Stellarum numerus incertus dicitur esse;
Sic infinita reputo miracula dicta.

Sequuntur (pag. 197) antiphonae rhythmicae ad Magnificat et ad Benedictus.

5. (Pag. 197-204) Vita S. Bernardini conf. de ordine Minorum = *BHL.* 1196.

Quaedam sunt omissa.

Sequitur (pag. 204-206), nullo intermisso lemmate, laudatio quae inc. *O quam admirandum aeterno praeconio dignum...* et des. *cuiusdam spiritum vidit ad caelum evolare et ad gaudia tendere aeterna.*

6. (Pag. 207-280) Vita S. Anselmi archiep. Cantuariensis = *BHL.* 526, 527.

7. (Pag. 280-332) Vita S. Dunstani archiep. et conf. = *BHL.* 2344, 2345. Maii 19.

In libro miraculorum alia desunt, alia ordine mutata, ita : num. 4, 11, 12, 15-21, 23, 22, 24-26.

8. (Pag. 332-342) Translatio S. Nicolai ep. et conf. = *BHL.* 6190.

Exscripta sunt c. I-XIV, subiuncta prima sententia narrationis *BHL.* 6192.

9. (Pag. 343-360) Passio ss. mm. in Ebbe<ke>storp quiescentium = *BHL.* 8057, 8058. Aug. 1.

10. (Pag. 360-365) Passio S. Alexandri ep. et mart. = *BHL.* 273. Sept. 21.

11. (Pag. 365-371) Vita B. Vincentii conf. de ordine Praedicatorum. April. 5.

Epitome Vitae *BHL.* 8658. — Inc. *Vincentius a vincendo est dictus; non quidem casu, sed futuri triumphi praesagio. Erat namque mundi carnis et diaboli futurus victor* — Des. *Valencia quidam ei adductus qui ex quadam infirmitate quadraginta annos erat mutus. Huic manum eius imposuit et continuo usum linguae recepit. Ibidem oblatus est ei*

unus qui ad octo annos ex infirmitate fuerat surdus; sed aures eius signo crucis signavit et eidem auditum integrum restituit.

12. (Pag. 373-379) Passio S. Sintrammi[s] mart.

De illo sancto nihil adhuc notum erat praeter ea pauca, neque veri dissimilia, quae in suo Martyrologio universali docuit Castellanus : Sintrammum in variis Galliae partibus coli, diemque sextum decembris ipsi esse sacrum. Vita autem, quo plura in ea narrantur, eo magis fabulam redolet. Illa fertur fuisse ab Helfrido clerico Spirensis ecclesiae, iubente Mengozo sacerdote, conscripta ex « cartula Passionis », quae ab ore columbae caelitus fuisset collapsa. Sintrammus dicitur nobili prosapia patre Helwico in pago Godelo (i. e. Goddelau prope Darmstadium) ortus. Qui, cum pueritiae annos attigisset, principi cuidam traditur artibus militiae imbuendus ; brevi, perosis commilitonum tum moribus, tum rapinis, Corbeiae monasticam agere vitam instituit. Ibi sacerdotio initiatus cum per viginti quinque annos in clusa vixisset, abbatem rogavit ut sibi Hierosolyma adire liceret. Quo recusante, monachus *columbina simplicitate* iter, inscio abbate, aggressus est et, dum per duos annos loca sancta visitat, familiaritate iunctus est cum S. Brandani discipulo, a quo et baculum illius sancti accepit. Deinde Corbeiam redux, cum per quinque annos frustra ab abbate petivisset ut iterum Palaestinam adire sineretur, Sintrammus inoboediens est profectus. Secundo itineris die cum in vico Wezelo devertisset, nocte ab hospite Hermanno, cupidine potiundi baculi incitato, interficitur et in stabulo iumentorum sepelitur. Cuius corpus, quinque elapsis annis, divinitus revelatum, summo ibi habetur honore. Quae omnia quam exiguae sint fidei luce clarius constat, neque est cur hanc Vitam edendo illius laborem qui in *Actis Sanctorum* diem sextum decembris tractabit praeoccupemus. S. Sintrammum aliquem cultum, saeculo XVII iam obsoletum, in pago Nieder Weissel prope Butzbach in Hassia superiore obtinuisse, vel ex hoc solo constat quod ibi sacellum ipsi sacrum exstiterit, in quo pictura repraesentabantur fabulosa ea quae in legenda leguntur. Cf. cod. Bruxellensis Bibl. Reg. 8965-8966, fol. 226-230^v. Porro Sintrammi nomen a saeculo saltem nono in partibus Helvetiae notum erat; cf. *MG.*, Libri confraternitatum, pp. 174, 302; BRADLEY, *A Dictionary of Miniaturists, Illuminators, Calligraphers and Copyists*, t. III, p. 248.

Inc. prol. *Propitia divinitas multipharie multisque modis saluti hominum consulens* — Inc. *Sanctus Sintrammus, cui nostrum desudat ingenium, nobilibus ortus parentibus, in loco qui dicitur Godelo alitus est* — Des. *Et facientes archam tabulatam de lignis corpus martyris cum condimentis pretiosis imposuerunt, et in ecclesia Sancti Petri apostoli cum laudibus collocaverunt. Protinus grando cessavit, nec ultra grandinis malum visum est.*

13. (Pag. 379-388) Vita et conversatio devotissimarum virginum, beatae scilicet Harlindis et S. Reynilae = *BHL.* 3755.

14. (Pag. 389-400) Vita domini et magistri Alberti Magni egregii doctoris de ordine Praedicatorum = *BHL*. 224.

Addita est epistula Magistri Humberti ad B. Albertum, de qua R. P. Paulus de Loë inter Regesta Alberti Magni n. 73; *Anal. Boll.*, t. XX, p. 288.

15. (Pag. 401-405) Passio S. Vincentii mart. = *BHL*. 8628, 8631, 8634. Ian. 22.

16. (Pag. 413-417) Vita S. Odonis ab. Cluniacensis. Nov. 19.

Epitome Vitae *BHL*. 6292-95. — Inc. *Anno Arnulfi imperatoris octavo Odo musicus* — Des. *quia pisces illi emere ultra necesse non fuit*. Cf. Mabillon, *Acta*, saec. V, p. 182, l. 12.

17. (Pag. 418) De S. Maiolo Cluniacensi abbate. Maii 11.

Laudatio et miraculorum enumeratio. — Inc. *Beatus igitur Maiolus Maticensis archidiaconus nobilis parentibus* — Des. *et nescio cuius generis igne terribiliter et miserabiliter adusti liberantur*.

18. (Pag. 418-419) De vita S. Mederici ab. Aug. 29.

Vincentius Bellovacensis, *Spec. hist.*, xxv, 92.

19. (Pag. 419-426) Passio S. Elphegi mart. et archiep. Cantuariensis. April. 19.

Ibid., xxvi, 1-8. — Inc. *Temporibus Hinrici secundi imperatoris floruit S. Elphegus...*

20. (Pag. 426-430) Vita S. Stephani Grandimontensis ordinis institutoris. Febr. 13.

Ibid., xxvi, 46-50. — Inc. *Temporibus Hinrici quarti imperatoris anno Domini 1076...*

21. (Pag. 430-436) De S. Hugone ab. Cluniacensi = *BHL*. 4015.

Ed. ex hoc codice in *Act. SS.*

22. (Pag. 436-445) De libello miraculorum S. Iacobi apostoli a Kalixto papa secundo compilato.

Vincentius Bellovacensis, *Spec. hist.*, xxvii, 30-42.

23. (Pag. 446-449) Vita S. Petri Clarevallensis ab.

Ibid., xxx, 28-32. — Inc. *Temporibus Frederici primi imperatoris florebat B. Petrus abbas Clarevallensis...*

24. (Pag. 449-452) Vita Hugonis ab. Bonevallis.

Ibid., xxx, 33-36.

25. (Pag. 452-453) De S. Guilhelmo Bituricensi archiep. Ian. 9.

Ibid., xxx, 62. — Inc. *Beatus Guilelmus genere nobilis a pueritia quidem in Parisiensi...*

26. (Pag. 453-464) Vita servi Dei Roberti.

Inc. prol. *Omnia plane, ut dicit apostolus, cooperantur in bonum* — Inc. *Erat quondam vir quidam nobilis, dives valde et honorabilis* — Des.

Ipse autem et aeternaliter cum Deo vivit feliciter, honorifice magnificatus. Amen.

Narratio fabulosa neque hagiographica, in qua praeter Robertum et Romam, quam urbem Robertus petiit ut paenitentiam agere inciperet, nulla prorsus occurrunt neque hominum neque locorum nomina.

27. (Pag. 464-507) Vita S. Wilhelmi ducis Aquitaniae et comitis Pictaviae, confessoris Christi et heremitae = *BHL*. 8923. Febr. 10.

Genealogia, quae in fine operis scripta reperitur, indicat etiam S. Willelmi successores. *Cf. Act. SS.*, Febr. t. II, p. 451, annot. *p*.

28. (Pag. 507-509) Vita S. Spiridionis ep. Dec. 14.

Inc. *Fuit beatus Spiridion Tremutuntis Ciprorum episcopus ex confessoribus illis quos Maximus imperator in metallis opera exercere damnavit, oculos eorum dexteros evellens, et sinistras suras eorum incidens. Ad cuius virtutem...*

Prima sententia eadem refert quae martyrologia Adonis et Usuardi ad diem 14 dec.; cetera exscripta sunt ex Cassiodori *Hist. tripart.*, I, 10. Cf. *BHL*. 7831.

CODEX BRENKENSIS 8

Membraneus, foliorum 139 (0^m,260 × 0,180), *completus anno Domini M° ccccxlv° in profesto nativitatis sancti Iohannis Baptistae sub venerabili patre nostro priore Arnoldo de Huls sanctae religionis propagatore per me fratrem Theodericum Wees hic professum pro monasterio Sancti Maynulfi in Bodeken* (fol. 139).

1. (Fol. 1v) Nota pulchros versus de S. Bernhardo.

Ed. G. M. Dreves, *Analecta hymnica medii aevi*, t. XV (1893), p. 239. Deest versiculus 17.

2. (Fol. 2-100) Vita S. Bernardi Clarevallis abbatis = *BHL*. 1211, 1212, 1214-1216.

3. (Fol. 100) Epitaphium venerabilis patris Bernardi abbatis Clarevallis.

Ed. cum alibi, tum *Catal. Lat. Brux.*, t. I, p. 286, versic. 1-6.

4. (Fol. 101-133) Narratio Leoncii episcopi Neapoleos Cyprorum insulae de vita et actione S. Iohannis archiepiscopi Alexandrini = *BHL*. 4388.

5. (Fol. 133-139) De lapsu Theophili et de paenitentia eius = *BHL*. 8122.

IAN.

II. MAGNUM LEGENDARIUM BODECENSE

IANUARIUS

CODEX MONASTERIENSIS 20 (CATAL. 214. I)

Membraneus, foliorum olim plus 261 (0^m,396 × 0,285), paginis bipartitis exaratus saec. XV. Perierunt prima folia 1-45, tum etiam ultima, quae sequebantur fol. 261. Attamen ex apographis hodieque servatis quosdam libellos recensere potuimus ex iis qui tum in initio (infra **A-C**), tum in fine codicis (infra **T-Z**) legebantur.

A. (Fol. 18...) Passio S. Secundi mart.

Inc. ***Temporibus quibus Maximianus augustus post obitum patris sui Diocletiani imperium tenuit Romanorum, diabolica repletus insania dedit edictum per provincias et castella, ut ubicumque invenirentur christianae fidei cultores, sine audientia punirentur*** — Des. ***Eudoxia venit ad locum illum cum vehiculis suis et tollens inde corpus beati martyris sepelivit illud in praedio suo non longe ab urbe Ameria sub die kalendarum ianuarii in pace. Ubi florent nunc orationes eius, ad laudem... Amen.*** — De qua cf. *Act. SS.*, Iun. t. I, p. 52, num. 6. Ex apographo, quod hodieque servatur in codice Bibl. Bollandianae 120, quidam loci editi sunt ibid., p. 54, inter annotata.

B. (Fol. 27ᵛ...) Passio SS. Iuliani et Basilissae mm. = *BHL.* 4530.

Servatur apographum in codice Bruxellensi Bibl. Reg. 7569, fol. 304ᵛ; in quo tamen exscriptum est solum initium.

C. (Fol. 28...) <Vita S. Isidori episcopi>.

Inc. prol. ***Memorabile et dignum relatu de patre beatissimo Isidoro episcopo aeternae commendare memoriae digna et necessaria quae sunt ad profectum virtutum*** — Inc. ***Isidorus igitur ex nobilibus parentibus ortus, nobilitatis suae genealogiam optima morum atque virtutum conversatione condecoravit. Nam a pueritia fuit Deo carus*** — Des. ***sepelierunt illud in ecclesia Sancti Salvatoris; ubi glorificat Deus omnipotens sanctum servum suum miraculis, signis atque virtutibus ex hoc nunc... Amen.*** — Servatur apographum in codice 101 Bibl. Bollandianae, fol. 276.

1. (Fol. 44-46) Vita S. Hilarii Pictavensis ep. = *BHL.* 3885.

Foliis 44 et 45 amissis, inc. mutila: ***(O funeris) gloria, quae melior habetur quam vita...*** (= *MG.*, Auct. ant. t. IV, 2, p. 6, l. 23). — Des. his sententiis adiectis: ***caelo gaudente. Obiit autem sub die iduum ianuariarum, reliquiaeque eius Pictavis conditae sunt. In quo loco hactenus***

IAN. *divina beneficia praestantur hominibus, annuente Domino...* (cf. ibid., p. 7, annot. *c*). Cf. cod. Bruxellensis Bibl. Reg. 8972, fol. 307.

2. (Fol. 46-47) Epistula eiusdem ad filiam suam Abram, quam misit ei de exsilio.

P. L., t. X, col. 549-52.

3. (Fol. 47) <Carmina>.

I. YMNUS VIRGINALIS = CHEVALIER, *Repert. hymn.* 10701.

II. EPITAFIUM SANCTI HILARII

Per haec visibilia dona absconsa clarescunt.
Si opere terreno Hilarii hic tumulus nitet,
Quantum ille creditur fulgere in claritate Dei.

III. VERSUS ABBATIS OTTONIS AD HINRICUM IMPERATOREM.

Augusto divo imperii diademate magno
Destinat ex voto Hinrico presbyter Otto
Hilarii librum caelesti dogmate scriptum.
Exstitit hic doctor, fidei non segnis amator,
Praesul et egregius, virtutum laude coruscus,
Stemmate praeclarus, verbis actuque venustus;
Isdem mortiferas divino verbere strophas
Perculit et taetras depellit ab orbe tenebras.

4. (Fol. 47-48v) S. Hilarii ep. miracula = *BHL.* 3893-3901.

5. (Fol. 48v-52) Vita B. Felicis presb. et conf. edita a Beda presbytero = *BHL.* 2873. Ian. 14.

Continuo additum est: *Haec de vita et laboribus ac virtutibus necnon et de transitu beati Felicis presbyteri et confessoris ex opere sancti Paulini Nolanae civitatis episcopi compendiose digessimus; quae autem sequuntur ex aliis libris collegimus. Quae minus hic dicta sunt gloriosa passionis eius certamina, minime silere videamur. Mirum tamen videtur cur beatus Paulinus episcopus haec de beati viri vita, quae ad agonis et martyrii gloriam pertinent, ullo modo praetermisit, nisi forte in aliud opusculum congerenda servavit.* Sequitur laudatio *BHL.* 2875, quae des. *sepultus... ab Helpidio... presbytero. Ubi et claris semper virtutibus fulget. Postmodum vero beatus Paulinus eiusdem urbis venerabilis episcopus, qui et vitam huius sancti viri metrice descripserat, ampliorem ecclesiam ob dignam memoriam eius in praefato loco fabricabat; in qua usque in hodiernum diem benedicitur nomen Domini... Amen.*

6. (Fol. 52-54) Passio S. Potiti mart. Ian. 14.

Inc. *Regnante Antonino imperatore, erat quidam puer, nomine Potitus, ab ipsis cunabulis Spiritu sancto repletus* — Des. *et sepultus est a fidelibus christianis in eodem loco. Martyrizatus est autem sanctus Potitus sub die decimo nono kalendas februarii, cum esset annorum duodecim, regnante... Amen.* Cf. *BHL.* 6908.

7. (Fol. 54-55) Passio S. Pontiani martyris. Ian. 14. IAN.

Inc. *Dignum est ut insignem triumphum sancti Pontiani martyris omni cum exsultatione recolamus... Hic beatus temporibus Antonini imperatoris cum tyrannica rabies contra christianos* — Des. *Non longe a muro Spolitanae civitatis in fundo qui vocatur Lucianus quinto decimo kalendas eiusdem mensis. Postea vero cum per martyrem suum Dominus operari coepisset virtutes et miraculorum insignia, aedificata in praefato loco ob memoriam eius ecclesia, honorifice collocatum est in ea corpus ipsius quarto decimo kalendas februarii, quando et nunc celebritas eius agitur, ad laudem... Amen.*

In margine inferiore folii 55 adiecta est *Translatio S. Pontiani martyris* (= *BHL.* 6892, c. 7).

8. (Fol. 55-64) Vita S. Mauri abbatis = *BHL.* 5773. Ian. 15.

9. (Fol. 64-65v) Passio S. Marcelli papae = *BHL.* 5234. Ian. 16.

10. (Fol. 65v-71v) Vita S. Fursei conf. — *BHL.* 3210, 3213. Ian. 16.

Verba aliquot in locis mutata sunt; ultima autem verba Vitae *BHL.* 3210 praetermissa sunt, ita ut desinat: *honorifice susceptus est* (cf. *Act. SS.*, Ian. t. II, p. 41, num. 38, l. 10). Sequuntur, nullo interposito lemmate, miracula *BHL.* 3213, omissis quattuor primis. Tandem des. *sanctus etiam Elegius propriis manibus fabricavit sarcophagum et in honore Domini Dei sculpsit in eo nomen sanctissimi Fursei confessoris; per cuius mirabiles visiones multorum corda compunguntur ad veram paenitentiam, ut peccatorum suorum consequantur indulgentiam, per Dominum... Amen.*

11. (Fol. 71v-73v) Passio sanctorum geminorum Speosippi, Eleosippi et Meleosippi = *BHL.* 7829. Ian. 20.

Omisso prologo, inc. *Sanctorum germanorum gloriosa certamina...*

12. (Fol. 73v-88) Vita S. Anthonii abbatis ab Evagrio translata = *BHL.* 609. Ian. 17.

13. (Fol. 88-89) Passio SS. Diodori presbyteri et Mariani diaconi aliorumque innumerabilium, quorum inventio colitur 16 kal. februarii = *BHL.* 2164.

Omissis ultimis verbis, des. *Acta sunt haec anno dominicae incarnationis octingentesimo octogesimo sexto, pontificatus beati Stephani anno primo, imperii* (cod. -*rio*) *vero domini Karoli excellentissimi augusti quinto, indictione quarta, regnante Domino... Amen.*

14. (Fol. 89-89v) Vita S. Sulpicii ep. Ian. 17.

Recensio quaedam intermedia inter Vitas *BHL.* 7927 et 7928. — Inc. *Beatus Sulpicius episcopus, dum adhuc in saeculari habitu in domo parentum consistere videretur* — Des. *Quia vero longum est per singula memorare quanta Dominus ibidem beneficia gratiae suae dignatus sit monstrare, nec hoc patitur modu huius epistulae, interim ista iam*

IAN. *breviter comprehensa sufficiant; quae cum fidelium auribus recitata fuerint, collaudantes Domini misericordiam una nobiscum benedicant et magnificent eum qui in Trinitate perfecta permanet incommutabilis nunc et in aevum. Amen.*

15. (Fol. 89v-91) Passio SS. Saturnini presbyteri, Felicis, Dativi ac sociorum eorundem. Ian. 18.

Recensio in qua verbis aliis iisque paucioribus eadem narrantur quae habentur in *BHL.* 7492, c. 1-5, 14, 18-20 (*P. L.*). Cf. *Act. SS.*, Febr. t. II, p. 514, num. 5. — Inc. prol. *Pugnas atque victorias sanctorum martyrum litteris digerere volens* — Inc. *Temporibus igitur Diocletiani et Maximiani sceleratorum imperatorum hoc modo diabolus* — Des. *famis atrocitate cogente, cesserunt et ad siderea regna cum palma martyrii migraverunt, praestante...*

16. (Fol. 91-100v) Passio S. Sebastiani = *BHL.* 7543. Ian. 20.

Des. *delegans atque consignans; heredem utique patrimonii sui fecit Filium Patris altissimi... Amen.*

17. (Fol. 100v-102) Passio SS. Marii et Marthae uxoris eius ac filiorum eorundem Audifax et Abbacuc. Ian. 20.

Inc. *Temporibus Claudii imperatoris venit Romam quidam vir christianus, nomine Marius* — Des. *Felicitas autem matrona quaedam levans de puteo corpus beatae martyris Marthae sepelivit illud una cum corporibus aliorum trium martyrum in praedio suo sub die tertio decimo kalendas februarii; ubi praestantur... Amen.* Cf. *BHL.* 5543.

18. (Fol. 102-104r) Passio ss. virginum, id est Agnetis et Emerentianae = *BHL.* 156. Ian. 21 et Ian. 23.

19. (Fol. 104v-105) Passio SS. Fructuosi episcopi, Augurii et Eulogii diaconorum = *BHL.* 3196-3203. Ian. 21.

Eadem est narratio, etsi alia nonnumquam verba. — Inc. *Sanctus Fructuosus episcopus in Hispania civitate Terracona comprehensus est die dominico* — Des. Passio : *in uno monumento, ut iussi fuerant, venerabiliter condiderunt.* — Tandem, dempta ultima sententia, epilogus des. *ubi coronati immarcessibili diademate benedicitis dominum nostrum Iesum Christum sine intermissione. Amen.*

20. (Fol. 105-105v) Passio S. Patrocli. Ian. 21.

In qua aliis iisque paucioribus verbis narrata sunt eadem quae in Passione *BHL.* 6520. — Inc. *Regnante Aureliano praeside, facta est inquisitio maxima omnium qui legem catholicam custodiebant.* — Des. *Ubi et ipse post labores huius corruptibilis vitae sepulturae traditus requiescit in pace. Amen.*

21. (Fol. 105v-107) Passio S. Meginradi heremitae. Ian. 21.

Narratio brevior, haud raro verbis aliis eadem referens quae Passio *BHL.* 5878. — Inc. ut *BHL.* 5878. — Des. *anno vicesimo octavo regni*

Ludewici regis, qui regnabat in Orientalibus Francis, praestante Domino... Amen. IAN.

22. (Fol. 107-109) Passio S. Vincentii diaconi. Ian. 23.

Recensio brevior Passionis *BHL.* 8628, 8630. — PROLOGUS. *Probabile satis in ecclesiasticis scriptoribus quamquam sit plus quaeri solere eloquii veritatem quam venustatem magisque diligatur sancta simplicitas quam immoderata difficultas, nonnihil tamen confert nostrae aetatis hominibus ut id quod dicitur, sicut est veritate divina suffultum, sit etiam sermonis elegantia commendatum, quodque gestorum admiratione est appetendum non sit stili deiectione spernendum. Naturalis enim quidam exstat dulcedinis appetitus, qui delectet auditum, alliciat visum, expleat intellectum. Proinde mihi commodo futurum reor, si passionem quandam grandi quidem et horrido modo ac pro hoc contemptibili conscriptam stilo, beati scilicet Vincentii, leniore locutionis modo sensibus reddam, fiatque mihi merces operis studiosi intentio lectoris. Ipsam vero rei gestae seriem non de ea, quam praedixi, prosaica narratione, ut puta quae sensum, ut ego arbitror, omnium fugit, sed de illustris viri Prudentii metrica descriptione collegi. Cuius praefulgidum eloquentiae lumen adeo secutus sum, ut eius praesertim verba cum sensibus posuerim, nihil videlicet praeclarius seu lectori gratius me prolaturum veraciter coniectans.* — Inc. *In illis diebus agente praesidatum inter Gallias Daciano* — Des. *Nunc ergo, inclite Christi martyr Vincenti, supplices precantes percipe voces nostrique reatus orator efficax ad thronum perfer Patris... quatinus peccati gravati pondere, per te levamen sentiamus indulgentiae, praestante... Amen.*

23. (Fol. 109-111^v) Passio S. Anastasii monachi. Ian. 22.

Inc. prol. *Unigenitus Filius Dei, per quem omnia facta sunt, huius narrationis meae* — Inc. *Hic oriundus exstitit de Persidis regione de fundo Rasmuni* — Des. *Cuius beati viri reliquiae, post multa annorum curricula Romam delatae, venerantur a fidelibus in monasterio Beati Pauli apostoli, quod dicitur ad Aquas Salvias; ubi extunc et per omnes generationes benedicitur nomen Domini... Amen.* Cf. *BHL.* 408.

24. (Fol. 111^v-112^v) Passio SS. Eugenii et Macharii. Ian. 23.

Inc. *Sanctorum Macharii et Eugenii martyrium, qui passionis coronam sub impiissimo imperatore Iuliano meruerunt, praesenti nobis lectione celebrandum commendatur* — Des. *agonis sui cursum felici fine sub die decimo kalendas februarii consummarent, Regem saeculorum in decore suo visuri... Amen.* Cf. *BHL.* 5103.

25. (Fol. 112^v-113) Passio S. Asclae. Ian. 23.

Inc. *Quidam vir, nomine Ascla, divinae legis cultor eximius, comprehensus est a militibus Ariani praesidis in Hermopoli civitate* — Des. *invenerunt corpus beati martyris; quod deferentes secum ad civitatem*

IAN. *sepelierunt illud decimo kalendas februarii, sicut ab eodem beato martyr fuerant iussi.* Cf. *BHL.* 722.

26. (Fol. 113^v-114) Passio S. Thimothei apost. = *BHL.* 8294. Ian. 25.

Deest prologus.

27. (Fol. 114-115^v) Passio S. Babillae episcopi cum tribus parvulis. Ian. 24.

PROLOGUS. *Martyrium sancti Babillae episcopi civitatis Antiocenae provinciae Syriae et trium parvulorum, qui passi sunt propter nomen domini nostri Iesu Christi, sancta per orbem terrarum Ecclesia devota laude suscipiat et celebri veneratione percurrat.* — Inc. *Numerianus rex cum immolasset... Cui restitit sanctus Babillas episcopus ecclesiae Antiocenae, qui fuit vir prudens* — Des. *Et in eodem loco digna veneratione a fidelibus christianis sepulturae commendati.* Cf. *BHL.* 889, 890. — Sequitur brevis narratio miraculi maximam partem ex Adone, ad d. 24 ianuarii, desumpta, quae inc. *Transacto post haec multo tempore, cum Iulianus imperator...* et des. *ad alium locum transtulerunt; ubi per merita ipsius praestantur beneficia... Amen.*

28. (Fol. 115^v-117) Passio S. Sabiniani. Ian. 23.

Inc. *Sabinianus nobilis et electus iuvenis in civitate Samon natus atque nutritus* — Des. *basilicam super eum aedificaverunt. Acta sunt haec sub Aureliano imperatore in partibus Campaniae, regnante... Amen.* Cf. *BHL.* 7439.

29. (Fol. 117-118^v) Passio Praeiecti ep. = *BHL.* 6917. Ian. 25.

Quaedam contracta sunt, quaedam paulum mutata.

30. (Fol. 118^v-120) Passio S. Polycarpi episcopi. Ian. 26.

Inc. *In diebus Antonini, filii Antonini imperatoris, quo Pius vocatus est, floruit apud Smyrnam civitatem Asiae beatus Polycarpus, discipulus sancti Iohannis evangelistae, qui et ab ipso in eadem urbe fuerat episcopus ordinatus* — Des. *Passi sunt autem cum hoc venerabili sacerdote et alii duodecim fratres...*

31. (Fol. 120-120^v) Passio S. Theogenis. Ian. 26.

Inc. *Multi beatorum martyrum vicerunt diabolum et omnes abhominationes eius* — Des. *vel aliud quid corporalis sustentationis, sed tantum confortatus angelicis dapibus et assiduis eorum collocutionibus, praestante... Amen.* Cf. *BHL.* 8107.

32. (Fol. 120^v-122) Passio S. Tryphonis. Ian. 26.

Inc. *Regnante Gordiano caesare in urbe Roma, fuit in eadem civitate vir quidam nobilis, Eutices nomine.* — Des. *Complevit autem martyrium suum beatissimus Tryphon... imperante Decio caesare in urbe Roma, regnante... Amen.*

33. (Fol. 122-125^{v}) Vita B. Iohannis Crisostomi Constantinopolitani archiep. Ian. 28. IAN.

Inc. prol. *Postquam defunctus est gloriosissimus imperator Theodosius, filii eius Archadius et Honorius* — Inc. *Iohannes ab Antiochia oriundus filius fuit Secundi et Anthusae* — Des. *Nam licet parvulum atque pupillum... ab eius regno refrenavit, praestante... Amen.* Cf. *BHL.* 4375.

34. (Fol. 125^{v}-129) Passio SS. Leuci, Thyrsi, Calenici et aliorum quindecim. Ian. 28.

Inc. *In diebus Decii imperatoris sub praesidibus Combricio, Silvano et Baudo fortis athleta Christi Leucus* — Des. *Quo in loco, suffragantibus meritis eorundem martyrum, usque in hodiernum diem proveniunt infirmantibus remedia diversarum gratiarum, praestante... Amen.* Cf. *BHL.* 8279.

35. (Fol. 129-129^{v}) Passio S. Cyrilli ep. Alexandrini. Ian. 28.

Inc. *Sanctus Cyrillus Alexandrinorum episcopus catholicae fidei praeclarissimus exstitit propugnator* — Des. *Martyrizatus est autem sanctus ac venerabilis doctor Cyrillus episcopus in Aegypto temporibus Decii imperatoris et sepultus ibidem a venerabilibus viris, regnante... Amen.* Cf. *BHL.* 2069.

36. (Fol. 129^{v}-131) Vita S. Adelgundae virginis. Ian. 30.

Inc. *Beatissimam virginem Adelgundam piae memoriae commendemus* — Des. *Deinde ad seipsas reversae beatissimae martyris corpus conditum aromatibus cum magno honore sepelierunt, celebrantes dulcissimam memoriam eius, ad laudem...*

37. (Fol. 131-133) Vita SS. Iulii et Iuliani fratrum. Ian. 31.

Inc. prol. ut *BHL.* 4558. — Inc. Vita: *Igitur vir Domini Iulius cum fratre suo Iuliano Mirmidonia civitate oriundi* — Des. ut *BHL.* 4558.

38. (Fol. 133-133^{v}) Passio S. Priscae virg. Ian. 22.

Inc. *In Romanorum civitate cum magna veneratione celebratur passio sanctae Priscae virginis; quae cum esset pulchra nimium* — Des. *sepelierunt in ecclesia sua, quae usque hodie dicitur ad Sanctam Priscam. Celebratur autem festivitas passionis eius decimo quinto kalendas februarii, ad laudem... Amen.*

39. (Fol. 133^{v}-135^{v}) Passio S. Patrocli episcopi, cuius iterata series ideo hic annectitur, quia quaedam superius praetermissa fuerunt.

Haec est retractatio quaedam non iam Passionis *BHL.* 6520, de qua supra n. 20, sed Passionis *BHL.* 6521. — Inc. ut *BHL.* 6521. — Des. *Ex illo tempore continua illic digne petentibus praestantur beneficia et optatae sanitatis remedia per Christum... Amen.*

40. (Fol. 135^{v}-136^{v}) Passio S. Patrocli = *BHL.* 6523.

IAN. Praemissus est amplus prologus, qui inc. *Cum aequissimus saeculorum omnium iudex et humanorum actuum solertissimus inspector Deus...* Sequuntur versiculi :

Haec vitam sancti monstrat scriptura Patrocli,
Qui per martyrium pervenit ad alta polorum.
Talia dum scripsi, senior, tua iussa peregi,
Ut tibi me facerem per tempora cuncta fidelem.

41. (Fol. 137-170) Vita beatissimae Angelae de Fulgineo = *BHL.* 456. Ian. 3.

42. (Fol. 170-175ᵛ) Vita S. Sulpicii ep. = *BHL.* 7930. Ian. 17.

Deest prologus.

43. (Fol. 175ᵛ-178ᵛ) Inventio corporis B. Celsi confessoris = *BHL.* 1720. Ian. 3.

44. (Fol. 178ᵛ-182) Miracula quae per illum Dominus fecit = *BHL.* 1721.

45. (Fol. 182-192) Vita S. Fulgencii ep. et conf. = *BHL.* 3208. Ian. 1.

46. (Fol. 192-192ᵛ) Vita S. Trophimi ep. et conf. Dec. 29.

Sermo in die festo recitandus, cuius breve fragmentum ed. A. M. Bonucci, *Istoria di S. Trofimo, arcivescovo di Arles* (Roma, 1711), p. 194. — Inc. *Sanctorum mortem in conspectu Domini semper pretiosam beatissimi Trophimi tum patris praecipui, tum etiam confessoris egregii, natalicia festa commendant...* Totus locis communibus continetur.

47. (Fol. 192ᵛ-193ᵛ) <Alius sermo de eodem>.

Ed. Bonucci, t. c., p. 186-94.

48. (Fol. 193ᵛ) Commonitorium sanctis fratribus ad idem.

Exhortatio, quae solis locis communibus constat. — Inc. *Itaque spiritalis tirocinii professores* — Des. *futurorumque discriminum immanitate defendant.*

49. (Fol. 194-194ᵛ) Vita B. Marcianae virg. = *BHL.* 5257. Ian. 13.

Ultimis verbis omissis, des. *tentata est et semper cecidit.*

50. (Fol. 194ᵛ-195) Passio S. Luciani presb. et mart. = *BHL.* 5011. Ian. 7.

51. (Fol. 195-196) Passio S. Reynoldi mart. = *BHL.* 7110. Ian. 7.

52. (Fol. 196-196ᵛ) Passio S. Viventii conf. Ian. 13.

Vincentius Bellovacensis, *Spec. hist.*, xiv, 99. — Inc. *Tempore Constantini magni imperatoris floruit sanctus Viventius...*

53. (Fol. 196ᵛ-197) Passio S. Macrae virginis. Ian. 6.

Ibid., xiii, 142. — Inc. *Temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum Rictiovarus praeses...*

54. (Fol. 197-198) Vita B. Deicoli ab. et conf. Ian. 18.

Ibid., XXIV, 25. — Inc. *Temporibus Heraclii imperatoris cum sanctus Columbanus de coenobio Luxoviensi exturbatus...* IAN.

55. (Fol. 198-198v) Vita S. Launomari ep. Ian. 18.

Ibid., XXII, 83, 84.

56. (Fol. 198v-201) Passio S. Vincentii levitae et mart. = *BHL.* 8628, 8629, 8631, 8634. Ian. 22.

57. (Fol. 201-202) Depositio B. Epiphanii Ticinensium episcopi, Hildensemensium patroni = *BHL.* 2572. Ian. 22.

58. (Fol. 202-204v) Qualiter corpus eius translatum sit Hildensheym = *BHL.* 2573.

59. (Fol. 204v-225v) Vita et gesta Karoli Magni imperatoris Romanorum = *BHL.* 1604. Ian. 28.

Des. *in sancto suo Deus apparuit* (cf. RAUSCHEN, p. 93, l. 25). — Sequuntur (fol. 225v-239) tamquam liber quartus narrationes *BHL.* 1590-1594, 1596.

60. (Fol. 239-243v) Vita S. Iohannis ab. et conf. = *BHL.* 4426. Ian. 28.

Deest prologus I.

61. (Fol. 243v-244v) Passio Neophytae virg. et mart. = *BHL.* 6051. Ian. 4.

62. (Fol. 244v-246v) Vita S. Gudilae virg. = *BHL.* 3685. Ian. 8.

Quaedam omissa sunt. — Des. *non aliter vixit quam sententia omnium immanentium sibi indixit.* Cf. supra, p. 268[17].

63. (Fol. 247-247v) Vita S. Guilhelmi Bituricensis archiep.

VINCENTIUS BELLOVACENSIS, *Spec. hist.*, XXX, 62.

64. (Fol. 247v-248) Translatio S. Firmini martyris. Ian. 13.

Ibid., XVII, 90 a med., 91. — Inc. *Temporibus Theoderici regis Francorum vir nobilissimus Salvius...* Cf. supra, p. 269[8].

65. (Fol. 248-248v) De vita S. Honorati ep. et conf. Ian. 16.

Ibid., XXI, 21, 22.

66. (Fol. 248v-252) Vita S. Iuliani Cenomannicae urbis ep. et conf. Ian. 27.

Prima verba, immo prima paragraphus consonat cum Vita *BHL.* 4545 usque ad : *lucrari promeruit;* reliqua vero inde ab : *Ad collocandum igitur in Galliis...* usque ad finem, exscripta sunt ex Vita *BHL.* 4544.

67. (Fol. 252-260) Libellus S. Iheronimi presb. de vita et obitu B. Paulae viduae, matris Eustochii virg. = *BHL.* 6548. Ian. 27.

68. (Fol. 260-260v) De S. Valerio Trevirensi ep. et conf. Ian. 29.

Epitome Vitae *BHL.* 2655. De qua cf. *Act. SS.*, Ian. t. II, p. 1152. — Inc. *Treveris depositum* (corr. al. man. *depositio*) *beati Valerii eiusdem civitatis episcopi, discipuli sancti Petri principis apostolorum ; cuius vitam*

IAN. *et doctrinam in omnibus secutus* — Des. *et multis clarus miraculis obdormivit in Domino.*

69. (Fol. 260^{v}-261^{v}) Passio B. Constantii ep. et mart. Ian. 29.

Epitome Passionis *BHL.* 1938. — Inc. prol. *Victoriosas sanctorum martyrum passiones* — Inc. *Temporibus Antonini imperatoris iussionis eius editio divulgabatur, ut ubicumque christiani vel saltem Christum nominans inveniretur* — Des. *Glorificatur in conspectu Domini sancti martyris mors pretiosa. Passus est igitur sanctus Constantius quarto kalendas februarii, regnante... Amen.* Addita est brevissima narratio de translatione sancti ex hoc codice ed. *Act. SS.*, Ian. t. II, p. 1153.

T. (Fol. 290...) Vita S. Wilhelmi archiep. Bituricensis, monachi quondam Cisterciensis ordinis = *BHL.* 8905. Ian. 9.

Superest apographum in cod. 103 Bibl. Bollandianae.

V. (Fol. 294^{v}...) <Vita> B. Audeberti.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 7773, fol. 37-37^{v}. — Est haec Vita de qua *Act. SS.*, April. t. III, p. 73, num. 2. — Inc. *Circa annum Domini septingentesimum octuagesimum tempore Caroli Magni* — Des. *ut apud Deum nobis gratiam impetret et in fine gloriam sempiternam.*

X. (Fol. 295...) <Vita S. Bernardi Menthonensis> = *BHL.* 1243. Maii 16.

Cf. *Act. SS.*, Iun. t. II, p. 1072, num. 5, et inter annotata ad Vitam *BHL.* 1242. — Recensetur in cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 355, inter libellos in tomo ianuarii inventos, tamquam <Vita S.> *Bernardi* 1^{a}. et quidem cum nota temporis: *17 kl. iun.*

Y. (Fol. ...) <Vita S. Bernardi Menthonensis> = *BHL.* 1244.

Edita ex hoc codice. Cf. *Act. SS.*, t. c., p. 1072, num. 5. Recensetur in laudato cod. 158 tamquam <Vita S. Bernardi> 2^{a}.

Inerat etiam in codice sequentia *Confessoris egregii* (= CHEVALIER, *Repert. hymn.* 3761).

Recensetur etiam in cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 355, tamquam quae olim in hoc tomo inventa sit

Z. <Vita S.> Severini conf. (= *BHL.* 7656). Ian. 8.

FEBRUARIUS

(Videtur periisse)

A. (Fol. 8...) Vita S. Geminiani ep. Mutinensis = *BHL.* 3299. Febr. 1.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 7569, fol. 203-204^{v}. Cf. *Act. SS.*, Ian. t. II, p. 1160.

B. (Fol. 13...) Miracula Beatae Virginis Fuld(ensia). Febr. 2. Febr.

Cf. cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 355.

C. (Fol. 14...) <Vita> S. Hadelongae = *BHL.* 3734.

Ed. ex hoc codice *Act. SS.* Cf. Febr. t. I, p. 306, num. 13, et cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 355.

D. (Fol. 47...) <Vita> S. Matthiae apost. = *BHL.* 5699. Febr. 24.

De qua *Act. SS.*, Febr. t. III, p. 433, num. 12, et cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 355.

E. (Fol. 49...) De inventione capitis B. Iohannis Baptistae = *BHL.* 4290, 4291. Febr. 24.

Servatur apographum in cod. 123 Bibl. Bollandianae. — Deest prologus interpretis, pro quo scripta sunt haec : *Inventionem capitis praecursoris Domini beati Iohannis Baptistae, quae facta est tempore Martiani, dum legimus, gratulamur et congruo honore veneramur. Ille igitur incomparabilis thesaurus, honorabile inquam beatissimi Praeconis caput, ubi diu absconsum iacuerat, divina prodente clementia sic revelatum est.* Nonnulla contracta sunt et narratio *BHL.* 4291 des. *Quae ubi perfecta est, collocatum est in eadem cum summa veneratione caput beati praecursoris Domini, vicesimo octavo die mensis octobris, id est quinto kalendas novembris; cuius tamen inventio celebratur sexto kalendas martii, ad laudem... Amen.*

F. (Fol. 67...) Vita et conversatio S. Liutbirgae inclusae = *BHL.* 4936.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8990, fol. 55-71ᵛ. Cf. cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 355.

G. (Fol. 75...) <Vita S.> Anscharii. Febr. 2.

De qua cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 355.

H. (Fol. 90...) Vita S. Helenae reginae = *BHL.* 3776.

Apographum in cod. 129 Bibl. Bollandianae (des. *a*).

I. (Fol. ...) De adventu S. Agritii ep. in Trevericam civitatem = *BHL.* 179.

Initium, quod solum superest, apographi olim integri in codice Bibl. Bollandianae 106. — Variae lectiones huius codicis datae sunt *Act. SS.*, Ian. t. I, p. 1110.

K. (Fol. 165...) Translatio S. Berenwardi.

De qua cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 356.

L. (Fol. 176...) Vita et Passio S. Ansueri = *BHL.* 558, 556, 557.

Collato hoc codice, ed. in *Act. SS.* Cf. Iul. t. IV, p. 104, num. 27, et cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 356.

M. (Fol. 184...) Vita S. Berenwardi.

Cf. cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 356.

FEBR. **N**. (Fol. 192...) Vita S. Adalhardi Corbeiensis abbatis edita a viro eruditissimo Radberto Paschasio, qui quartus post eum abbatiam rexit = *BHL*. 58, 59.

Ut in codice Monasteriensi 348[12] (cf. supra, p. 270), cum carmine et hymno. — Apographum ex hoc tomo februarii in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 7569, fol. 40-41ᵛ; in quo reliqua integre exscripta, ex Vita autem *BHL*. 58 pauca dumtaxat excerpta sunt.

O. (Fol. 218...) <Vita S.> Waldevi = *BHL*. 8783.

Ex hoc cod. edita in *Act. SS*. Cf. cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 355.

P. (Fol. 238...) De S. Sintrammo mart.

Eadem de qua supra, p. 278[12]. — Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8965, fol. 225-226ᵛ. Cf. cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 356.

Q. (Fol. 239ᵛ...) De S. Willegiso, patre S. Willibrordi legenda.

Brevis laudatio excerpta ex libellis *BHL*. 8935, 8936. — Inc. ut *BHL*. 8935. — Des. ut *BHL*. 8936. — Apographum in cod. 167 Bibl. Bollandianae.

R. (Fol. 272...) Translatio S. Viti = *BHL*. 8718.

Ex hoc etiam codice ed. in *Act. SS*. — Cf. cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 355.

Praeterea recensentur tamquam in hoc tomo olim inventae

S. <Passio S.> Herculani.

T. Vita S. Monicae.

Hoc loco veri simillimum est descripta fuisse ea quae ex codice Bodecensi eruta sunt in *Act. SS*. (cf. Maii t. I, p. 473, num. 2-3), id est libellos *BHL*. 6000, 5999, 6001.

V. <Vita S.> Rimberti.

Cf. cod. 158 Bibl. Bollandianae, pp. 355, 356.

X. Legenda maior S. Vincentii Ferrerii.

Cf. cod. Bruxellensis Bibl. Reg. 7812, fol. 432: *Eiusdem* (Vincentii) *legenda maior est ibidem in Passionali februarii.*

MARTIUS

(Videtur periisse)

A. (Fol. 86...) Vita et actus B. Patricii primi praedicatoris et episcopi totius Britanniae = *BHL*. 6507. Mart. 17.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 3196, fol. 355-363. — Inc. *Sanctus Patricius, qui et Sochet vocabatur, Brito fuit natione* — Des. *Peto ergo caritatem tuam, ut pro me Deum rogare digneris... nobis in praemio aeternum evasisse supplicium, praestante... Amen.*

B. (Fol. 111ᵛ...) Passio S. Theoderici Antiocheni presb. = *BHL.* 8075. Mart. 23. MART.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8919, fol. 104-105ᵛ.

C. (Fol. 117ᵛ...) Miracula B. Virginis Annuntiatae.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 3196-3203, fol. 343-345ᵛ. — Postquam multis verbis de situ Nazareth disseruit, narrat scriptor quomodo peregrini qui noluerant adire loca sacra, suborta tempestate, voto voverint, si evaderent, ea se visitaturos. Sequitur brevis descriptio civitatis Bethlehem. — Inc. *Nazareth civitas est Galilaeae* — Des. *Fertur in eodem loco singulis annis eadem sacra nocte et eodem tempore quo Christus natus est magnam de caelo claritatem apparere et homines plurimum laetificare.*

D. (Fol. 119...) Passio SS. Ananiae et Petri = *BHL.* 399. Mart. 25.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 7763, fol. 83-84ᵛ. Cf. *Act. SS.*, Febr. t. III, p. 493, annot. *a.* — Des. *secundum prophetiam beati martyris Ananiae. Passi sunt autem... Amen.*

E. (Fol. 124...) <Vita S. Liudgeri episcopi> = *BHL.* 4937.

Collato hoc codice ed. in *Act. SS.* Cf. Mart. t. III, p. 629, num. 8, et cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 356.

F. (Fol. 131ᵛ...) S. Iohannis eremitae = *BHL.* 4329. Febr. 24.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 3196, fol. 265-268ᵛ. — Inc. *Ad exemplum bonorum omnium, tamquam fundamentum* — Des. *pergens ad Dominum, cum quo vivit et gaudet in saecula saeculorum. Amen.*

G. (Fol. 136...) Vita S. Ruperti ep. et conf. Mart. 27.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 3196, fol. 412ᵛ-413ᵛ. — De hac Vita cf. *Act. SS.*, Mart. t. III, p. 700, num. 6, et p. 704, annot. *n.* — Inc. (sine prologo) ut *BHL.* 7392. — Des. *qui tam praeclarum illis concessit doctorem, cuius praedicatione plurimae gentes viam veritatis agnoscentes ereptae sunt de tenebris et umbra mortis eiusque gratia ad lumen verum pervenire meruerunt, praestante... Amen.*

Sequitur epilogus metricus complectens versus 14 :

Explicit haec vita meritisque fideque referta...
Scriptor gestorum scribatur in arce polorum.

H. (Fol. 175ᵛ...) Vita S. Liudgeri Monasteriensis ep. metrice edita = *BHL.* 4945. Mart. 23.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 3196, fol. 331-342; aliud, sed mutilum, in cod. 114 Bibl. Bollandianae; cf. ibid. cod. 158, p. 356.

I. (Fol. 191...) <Vita S. Fridolini abbatis>.

Epitome Vitae *BHL.* 3170; de qua *Act. SS.*, Mart. t. I, p. 431, num. 3, et cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 356.

K.' (Fol. 233...) <Vita S. Felicis Treverensis archiep.> = *BHL.* 2892. Mart. 26.

Edita ex hoc codice in *Act. SS.*

L. (Fol. 237...) Vita S. Spiridionis ep. = cod. 354[28] (cf. supra, p. 280). Dec. 14.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8974, fol. 4-5.

M. (Fol. 237...) Vita S. Marcelli Parisiensis ep. = *BHL.* 5248. Nov. 1.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8929, fol. 285-286^v. — Deest prologus.

N. (Fol. 254^v...) Vita S. Mitriae conf. = *BHL.* 5973. Nov. 13.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8942, fol. 25-27^v.

O. (Fol. 269^v...) Passio SS. Sabini ep., Exuperantii et Marcelli diaconorum et aliorum martyrum.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8990, fol. 17-18. — Inc. *Apud Spoletum sancti Sabini episcopi, Exuperantii et Marcelli diaconorum et Venustiani cum uxore et filiis sub Maximiano augusto. Maximianus omnem senatum in capitolium urbis Romae convenire iussit* — Des. *et sepelivit eum miliario secund[ari]o a civitate Spoletana. Passus est autem sanctus Sabinus septimo idus decembris.*

P. (Fol. ...) <Vita S. Cunegundae imperatricis> = *BHL.* 2002.

De qua *Act. SS.*, Mart. t. I, p. 268, num. 10, et cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 356.

Q. (Fol. ...) De devota sorore Haseka = *BHL.* 3760.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 7569, fol. 258-258^v. — Vid. etiam in volumine mensis maii (infra, p. 310[81]).

R. (Fol. ...) <Vita S. Swiberti apostoli Frisonum> = *BHL.* 7941. Mart. 1.

De qua cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 356.

Recensentur praeterea ibidem

S. <Passio S.> Iustini.

T. <Vita S.> Lucii regis. Mart. 2.

APRILIS

CODEX MONASTERIENSIS 21 (Catal. 214, II)

Membraneus, foliorum sign. 257 [fol. 197 bis] ($0^m,396 \times 0,283$), paginis bipartitis exaratus saec. XV.

1. (Fol. 1-2) <Translatio S. Venantii ep. Vivariensis>.

Narratio desumpta ex opere Rudolfi Fuldensis *BHL.* 7044, quibusdam resectis, praemisso prologo. — Inc. prol. *Venantius episcopus ecclesiam sibi commissam, donec advixit, strennue rexit, et quia per ostium introivit, disposita intrinsecus fideliter domo* — Des. *Igitur a quo abinde sublatus sit et in eum, quem praescripsi, locum delatus, subiunctis miraculis, quae et ipse vidi et aliis veraciter referentibus didici, auribus fidelium intimabo.* — Inc. narratio : *Rabanus namque* — Des. *Cumque suppliciter adorasset cum summa veneratione... ubi orationibus eorum fideliter Deum deprecantibus beneficia praestantur, ad laudem...* (= *MG.*, Scr. t. XV, p. 330, l. 7-19; p. 333, l. 25 - p. 335, l. 46). April.

2. (Fol. 2-6ᵛ) Vita S. Walarici presb. et conf. = *BHL.* 8762. April. 1.

3. (Fol. 6ᵛ-9ᵛ) Passio S. Theodosiae virg. April. 2.

Recensio brevior Passionis *BHL.* 8090. — Inc. *Temporibus Diocletiani et Maximiani Urbanus praeses veniens in civitatem Caesaream* — Des. *Facultates etiam quas mihi promittebatis... Implevit autem sancta Theodosia martyrium suum quarto nonas aprilis in die dominico, cum esset annorum circiter decem et octo, regnante... Amen.*

4. (Fol. 9ᵛ-13ᵛ) Vita S. Burgundoforae abb. = *BHL.* 1489. April. 3.

5. (Fol. 13ᵛ-20ᵛ) Vita S. Ambrosii Mediolanensis archiep. = *BHL.* 377. April. 4.

6. (Fol. 20ᵛ-21ᵛ) Passio S. Hirenei ep. = *BHL.* 4466. April. 6.

Ed., collato hoc codice, in *Act. SS.*

7. (Fol. 21ᵛ-28) Vita vel conversio S. Mariae Aegyptiacae, quam transtulit Paulinus venerabilis Neapolis ecclesiae diaconus de graeco in latinum = *BHL.* 5415. April. 9.

Deest prologus interpretis.

8. (Fol. 28-28ᵛ) Passio S. Herminigildis regis, de quo scribit Gregorius in libro Dialogorum = *BHL.* 3850. April. 13.

Inc. *Quamvis sola quae in Italia gesta sunt...* (= *P. L.*, t. LXXVII, col. 289 B).

9. (Fol. 28ᵛ-30ᵛ) Vita et actus S. Frontoni ab. et conf. = *BHL.* 3189. April. 14.

10. (Fol. 30ᵛ-32) Passio SS. Tiburtii et Valeriani = *BHL.* 8482. April. 14.

11. (Fol. 32-34) Vita S. Paterni Picthaviensis ep. = *BHL.* 6477. April. 16.

Deest epistula.

12. (Fol. 34-35ᵛ) Passio S. Eleutherii ep. et Anthiae matris eius = *BHL.* 2451. April. 18.

Quibusdam in fine contractis, des. *Cognoscentes tandem quia in propriam civitatem translatae essent, gratias egerunt Deo, cui est... Amen.*

APRIL. **13.** (Fol. 35v-37) Passio SS. Ypopodii et Alexandri = *BHL*. 3574. April. 22.

Ultimis verbis mutatis, des. *Unde per omnia necesse est ut non ambigamus vera esse quaecumque sanctorum virtutibus rationabiliter ascribuntur, per Dominum... Amen.*

14. (Fol. 37-42) Vita et Passio S. Philippi et sociorum eius = *BHL*. 6835, 6834. April. 22.

Collato hoc codice, ed. in *Act. SS*. Cf. Oct. t. IX, p. 548.

15. (Fol. 42-45) Passio S. Georgii = *BHL*. 3393. April. 23.

Deest prologus (*Plerique...*)

16. (Fol. 45-49v) Passio S. Adelberti ep. = *BHL*. 37. April. 23.

17. (Fol. 49v-50v) Passio S. Marci evang. April. 25.

Epitome libelli *BHL*. 5276, num. 2-10. — Inc. *Beatus Marcus Petri apostoli discipulus, genere levites et sacerdotium in Israel agens, amputasse sibi post fidem pollicem perhibetur.* — Des. *meruit Alexandriae. Passus est autem septimo kalendas maii, regnante...*

18. (Fol. 50v-53) Vita S. Richarii conf. = *BHL*. 7237, 7239. April. 27.

19. (Fol. 53-53v) Passio S. Pollionis martiris. April. 27.

Inc. *Diocletianus et Maximianus dum crudeli tyrannide* — Des. *Cuius venerabilem passionem, sed et sancti Eusebii... regni sui participes esse concedat, praestante... Amen.*

20. (Fol. 53v-56) Vita S. Pamphili ep. et conf. = *BHL*. 6418. April. 28.

21. (Fol. 56-57v) Passio SS. Vitalis et uxoris eius Valeriae = *BHL*. 8703. April. 28.

22. (Fol. 57v-59) Passio S. Torpetis mart. = *BHL*. 8307. April. 29.

Inc. *Nero imperator in memoriam sui nominis in partibus Thusciae civitatem Pisanam restaurans* — Des. *Igitur Arthemius, quia litteris eruditus erat... Celebratur autem natalis eius... auxilium postulaverint, liberabit, cui est... Amen.*

23. (Fol. 59) Passio S. Maximi. April. 30.

Inc. *In diebus illis Decius imperator volens superare legem christianam* — Des. *Nec mora, rapitur athleta Christi a ministris diaboli... tradidit animam suam regi saeculorum Christo, qui... Amen.* Cf. *BHL*. 5829-5832.

24. (Fol. 59-59v) Passio S. Eutropii ep. April. 30.

Excerptum ex Adonis martyrologio ad d. 30 aprilis. — Inc. *Eodem die celebratur apud Sanctonas memoria sancti Eutropii* — Des. *feliciter evolasse. Hac revelatione accepta ... gratias referebant salvatori omnium domino nostro Iesu Christo.*

25. (Fol. 59v-60v) Passio SS. Mariani et Iacobi sociorumque eorum. April. 30.

Retractatio Passionis *BHL.* 131. — Inc. *Sanctorum martyrum Mariani et Iacobi gloriosa natalicia* — Des. *Acta sunt haec pridie kalendas maii, regnante... Amen.* APRIL.

26. (Fol. 60ᵛ-63ᵛ) Vita Leonis papae primi. April. 11.

De qua *Act. SS.*, April. t. II, p. 15, num. 3. — Inc. *Temporibus imperatoris magni Theodosii erat quidam senator Romae nobilissimus de genere Aniciorum* — Des. *nec praedicet in pulpito. Celebratur autem memoria sancti Leonis ... ad veram lucem, quae Christus est, cui... Amen.*

27. (Fol. 63ᵛ-75ᵛ) Vita S. Macharii Antiochiae, metropolis Syriae, archiepiscopi = *BHL.* 5101.

28. (Fol. 75ᵛ-101ᵛ) Vita S. Anselmi archiep. Cantuariensis = *BHL.* 526, 527. April. 21.

29. (Fol. 101ᵛ-104ᵛ) Vita S. Roberti ab. = *BHL.* 7261. April. 24.

Deest prologus.

30. (Fol. 104ᵛ-124ᵛ) Vita B. Katherinae de Senis. April. 29.

Epitome libelli *BHL.* 1702. — Inc. ut idem, pars I. — Des. *est recepta, ac inter eas collocata. Notandum est autem quod ista extracta sunt et abbreviata ex legenda sanctae virginis Katherinae de Senis quam composuit venerabilis frater Raymundus doctor sacrae theologiae et magister generalis ordinis Praedicatorum, huius sacratissimae virginis confessor. Et licet infinita quasi, ut ita dicam, gesta eius et miracula tam in vita eius quam post transitum gloriose ostensa hic sunt praetermissa, tamen cursus vitae eius, qui quasi totus miraculosus et super naturam exstitit, luculenter hinc potest considerari.*

31. (Fol. 124ᵛ-128) Vita S. Pusinnae virg. = *BHL.* 6993. April. 23.

Collato hoc codice, ed. in *Act. SS.*

32. (Fol. 128-130) Translatio eiusdem S. Pusinnae virg. = *BHL.* 6995.

Collato hoc codice, ed. in *Act. SS.*

33. (Fol. 130-140ᵛ) Vita B. Petri Martyris de ordine Praedicatorum = *BHL.* 6723. April. 29.

Deest prologus II.

34. (Fol. 140ᵛ-142) Bulla domini papae Innocentii de canonizatione B. Petri Martyris = *BHL.* 6722.

35. (Fol. 142-143ᵛ) Passio B. Eutropii ep. et mart. April. 30.

Vincentius Bellovacensis, *Spec. hist.*, XI, 18-21. — Inc. prol. *Temporibus Domiciani imperatoris beatus Eutropius beati Dionysii consocius* — Inc. *Beatus igitur Eutropius quondam gentili genere editus...*

36. (Fol. 143ᵛ-149) Vita B. Christinae de oppido Sancti Trudonis de Hasbanio = *BHL.* 1746.

37. (Fol. 149) <Vita metrica S. Liutgeri> = *BHL.* 4945.

APRIL.

Haec ab alio librario exarata sunt, qui, reliquis omissis, stetit post versiculum 45. Cf. ad mensem mart. [h].

38. (Fol. 149^{v}-150) Passio S. Vassii = *BHL.* 8500. April. 16.

39. (Fol. 150-151^{v}) Vita S. Ursmari ep. = *BHL.* 8416. April. 18.

40. (Fol. 151^{v}-152) Vita S. Erminonis ep. et conf. = *BHL.* 2614. April. 25.

41. (Fol. 152-160) Vita S. Hugonis Grannopolitani ep. = *BHL.* 4016.

42. (Fol. 160-170) De vita et gestis S. Petri confessoris, quondam papae Caelestini quinti, ordinis Caelestinorum = *BHL.* 6751.

43. (Fol. 170-178^{v}) Vita et Passio S. Stanislai ep. Cracoviensis et mart. = *BHL.* 7833-7835. April. 11.

Libelli *BHL.* 7835 exscripta sunt sola capita 1-13, 19-21.

44. (Fol. 178^{v}-184) Vita B. Roberti primi abbatis Molismensis necnon et Cisterciensis = *BHL.* 7265. April. 17.

45. (Fol. 184-184^{v}) De vita S. Mederici abbatis. Aug. 29.

VINCENTIUS BELLOVACENSIS, *Spec. hist.*, XXV, 92.

46. (Fol. 184^{v}-187) Passio S. Elphegi mart. et archiep. Cantuariensis.

Ibid., XVI, 1-8.

47. (Fol. 187-211) Vita devotae virginis famulae Christi Lydiae, vulgariter Lidewi, de <Scie>dam = *BHL.* 4923. April. 14.

Omissa ultima sententia, des. *a poenalibus locis patiebatur.*

48. (Fol. 211-220) Vita venerabilis Hermanni monachi in Steynvelt, qui cognominatus est a Beata Virgine Maria Ioseph.

Epitome Vitae *BHL.* 3845 et *BHL.* 3847. — Inc. (sine prologo) *Habuit beatus Ioseph locum nativitatis inclitam civitatem Coloniam.* — Des. ut *BHL.* 3847. Cf. supra, p. 271[19].

49. (Fol. 220-221) Vita B. Vincentii confessoris de ordine Praedicatorum. April. 5.

Epitome Vitae *BHL.* 8657-8658. — Inc. *Vincentius a vincendo* — Des. *In eius autem transitu multitudo angelorum tamquam clarissimi papiliones cameram intraverunt et post eius obitum nusquam comparuerunt. Obiit autem die veneris nonis aprilis et sepultus est in ecclesia Venetensi anno Domini millesimo quadringentesimo decimo octavo cum magna reverentia et honore.* Cf. supra, p. 277-78[11].

50. (Fol. 221-223) Sequuntur miracula B. Vincentii confessoris, quae Dominus meritis suis in vita fecit.

Vix non eadem quae narrantur in Vita *BHL.* 8658, lib. III, num. 6-8, 14, 19, 23, 26, 32, 34, 35, 40, aliis tamen fere verbis. — Inc. *Quadam vice orante beato Vincentio nocte* — Des. *auditum integrum restituit.* Cf. supra, p. 277-78[11]

51. (Fol. 223-228) Vita B. David monachi claustralis, aliter Heymmenrode, cuius illatio est 16° maii = *BHL.* 2106. APRIL.

52. (Fol. 228-233) Vita Terentii ep. et conf. = *BHL.* 8005.

53. (Fol. 233-235) De S. Georgio mart. = *BHL.* 3386. Mart. 24.

54. (Fol. 235-237) Passio SS. Quatuor Fratrum Minorum = *BHL.* 8265, 8264. April. 1.

Collato hoc codice, ed. in *Act. SS.*

55. (Fol. 237v-239) Passio S. Sintrammi[s] mart.

Eadem de qua supra pp. 278 [12], 292 p.

56. (Fol. 239-239v) Ex viridario imperatorum et regum romanorum de S. Caelestino papa. April. 8.

Narratio magnam partem ad verbum desumpta ex Vita *BHL.* 6735, c. 28, 29. — Inc. *Post obitum felicis memoriae domini Nicolai papae quarti* — Des. *Eapropter ipse pius pater suae consulens saluti cum aliis prodesse se non videret, ipsum onus et honorem resignavit et Bonifacio octavo ipsam sancti Petri naviculam regendam dereliquit.*

57. (Fol. 239v-240v) Ex dialogo de vita et conversatione, virtutibus et sanctitate S. Caelestini papae, qui et Petrus de Morano, quae et qualia a Bonifacio perpessus sit et quomodo obierit.

Epitome, quibusdam tamen mutatis, cap. 35-47 Vitae *BHL.* 6735. et cap. 21 Vitae *BHL.* 6750. Narratio de ultimo S. Petri morbo, quae ex « principio quarti libri dialogi » exscripta dicitur, vix non ad verbum concordat cum editis. — Inc. *Postquam Bonifatius fuit assumptus* — Des. *Quis igitur putas papatum sponte dimitteret, pro eo quod idem Petrus tam male tractabatur, postquam illum dimisit, per eius successorem non videtur.*

58. (Fol. 240v-241v) Passio ss. mm. Emetherii et Celidonii = *BHL.* 2533. Mart. 3.

59. (Fol. 241v) Translatio ss. mm. Adalarii et Eobani episcoporum. April. 20.

Inc. *Gregorius papa secundus ex decreto Spiritus sancti misit Bonifacium praedicatorem eximium, Eobanum et Adalarium aliosque viros decem religiosos, ut gentibus in Germania pagano more viventibus normam fidei catholicae praedicarent* — Des. *celebriter agerent et devote.* — In prima huius opusculi parte quaedam de illorum sanctorum Vita ex Passione S. Bonifacii *BHL.* 1400 desumpta sunt; in altera ipsorum corporum translatio et inventio narratur, quae ultima ex hoc codice edita sunt *Act. SS.*, Iun. t. I, p. 494-95.

60. (Fol. 242-255v) Vita S. Leonis papae huius nominis noni = *BHL.* 4818. April. 19.

Vid. appendicem I.

61. (Fol. 255v-257) Sequuntur miracula eiusdem, quae post obitum eius per divinam gratiam ipsius meritis facta sunt = *BHL.* 4821.

APRIL. Subiunctum est miraculum narratum a Desiderio ab. Casinensi (*Act. SS.*, April. t. II, p. 673-74). — Des. *et si linguae tacebunt, opera sine mora clamabunt.*

MAIUS

CODEX MONASTERIENSIS 22 (CATAL. 214, III)

Membraneus, foliorum A, B et sign. 248 (0m,394 × 0m,280), paginis bipartitis exaratus anno 1459 a fratribus Iohanne Dulmaniae sacerdote et Hunoldo de Smalenberch, iubente Arnoldo de Holte priore monasterii S. Maynulphi. Perierunt folia 238-245.

Fol. B descriptus est index Vitarum, et fol. Bv prologus in totum passionale, locis communibus refertus (vid. appendicem II).

1. (Fol. 1-2) Passio S. Iacobi apost., fratris Domini = *BHL.* 4089. Maii 1.

2. (Fol. 2) Passio S. Philippi apost. = *BHL.* 6814. Maii 1.

Imo folio addidit scriba: *Ysidorus in chronicis. Philippus apostolus Gallis praedicavit, deinde in Herapoli Frigiae provinciae urbe crucifixus et in cruce lapidatus vitam finivit; sublatoque de cruce cadavere sepultus, una cum filiabus suis ibidem requiescit.* Cf. *P. L.*, t. LXXXIII, col. 152, cap. LXXIII.

3. (Fol. 2v-3v) Passio S. Quiriaci ep. = *BHL.* 7023. Maii 1.

Verbis aliquando mutatis. — Mutata clausula, des. *Et sic die sabbato hora octava mense maio intrante obdormivit in Domino, cui est... Amen.*

4. (Fol. 3v-4v) Passio Sigismundi regis et uxoris ac filiorum eius = *BHL.* 7717. Maii 1.

Des. *Reliquas etiam infirmitates quae genus hominum invadere solent intercessio sanctorum martyrum effugare non cessat. Passus est autem beatus Sigismundus rex cum sociis suis temporibus Tagoberti regis Francorum prima die mensis maii, regnante... Amen.*

5. (Fol. 4v-9) De laboribus et virtutibus B. Athanasii Alexandrinae ecclesiae episcopi. Maii 2.

Initium ex Rufini *Historia ecclesiastica* (cf. *BHL.* 728), reliqua ex Cassiodori *Historia tripartita* (cf. *BHL.* 729) excerpta sunt. — Inc. *Natalem sancti patris nostri Athanasii ecclesia cuncta sollempniter excipit et in eius memoriam Domino laudes canit. Huius origo et institutio tali modo narratur. Eo in tempore quo apud Alexandriam Petri martyris diem ageret Alexander episcopus* — Des. *Cum igitur Athanasius episcopus post multa certamina, innumeras coronas, vitae huius terminum suscepisset, post quadraginta et sex annos, quibus Alexandri-*

nam ecclesiam bene gubernando rexit, sexto nonas maii ad laborum suorum praemia feliciter emigravit, praestante... Amen. MAI.

6. (Fol. 9-12) Vita S. Waldeberti ab. = *BHL.* 8775. Maii 2.

Verba aliquando mutata sunt. — Inc. prol. *Luxoviensium coenobitarum sacrae cohorti, Heinricus nomine... Considerantí*— Inc. ut *BHL.* 8775. — Des. *et usque ad ultimum vitae suae tempus in eodem loco peregit.*

7. (Fol. 12-14) Relatio de inventione sanctae crucis, quomodo primum Constantino imperatori in bello posito signum caelitus apparuit, et quomodo postmodum per Helenam reginam Iherosolomis lignum sanctae crucis a Iuda inventum sit quinto nonas maii = *BHL.* 4169.

Contracta clausula, des. *diei in qua inventa est crux domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre... Amen.*

8. (Fol. 14-15ᵛ) Passio ss. mm. Alexandri, Eventii et Theodoli. Maii 3.

Inc. *Finis totius christianitatis et vera vitae probatio martyrium est... Temporibus igitur Aureliani imperatoris, cum procella persecutionis saeviret in urbe Roma, praesentari sibi praecepit isdem imperator sanctum papam Alexandrum et dixit ad eum : « Priusquam tormentis...* (cf. *BHL.* 269). — Des. ut *BHL.* 267.

9. (Fol. 15ᵛ-17ᵛ) Vita S. Philippi presb. et conf. = *BHL.* 6830. Maii 3.

Quaedam praetermissa sunt aut verbis aliis relata. — Inc. (post prologum) : *Fuit quidam vir sanctissimus, nomine Philippus, genere Anglus, transmarinis insulis ortus* — Des. *Requiescit autem beatus Philippus in monte cuius nomen est Hoslini iuxta aquam Primnia in loco qui dicitur Cella ; ubi usque hodie signis et miraculis claret, praestante... Amen.*

10. (Fol. 17ᵛ-18) Passio S. Floriani mart. Maii 4.

Inc. ut *BHL.* 3055. — Des. *Tunc matrona, collectis clericis ac religiosis viris, sanctissimi martyris corpus conditum aromatibus condigno honore sepelivit, et postmodum ob venerandam eius memoriam fideles populi Deo ecclesiam fabrificaverunt. In quo loco fiunt multae sanitates omnibus invocantibus nomen Domini per merita beati Floriani gloriosi martyris Christi; et omnes qui ex fide petierint, impetrabunt misericordiam a Deo Patre omnipotente et Filio eius Iesu Christo, qui vivit... Amen.*

11. (Fol. 18-26) Vita S. Gotehardi ep. et conf. = *BHL.* 5582. Maii 5.

Deest prologus.

12. (Fol. 26-27) Passio S. Victoris = *BHL.* 8580. Maii 8.

13. (Fol. 27-28) Apparitio S. Michahelis in monte qui dicitur Thumba in occiduis partibus sub Hildiberto rege Francorum = *BHL.* 5951. Oct. 16.

MAI. Sententiis quibusdam omissis. — Des. *celerem namque febricitantibus fert opem, quotiens desiderium provenerit sumendi, cooperante gratia Domini... Amen* (cf. *Act. SS.*, Sept. t. VIII, p. 79, annot. *gg*).

14. (Fol. 28-31) Vita S. Macharii heremitae, qui inventus est iuxta paradisum = *BHL.* 5104. Maii 8.

15. (Fol. 31ᵛ-32ᵛ) Passio S. Zenonis et filii eius. Maii 9.

Passionis *BHL.* 1912 recensio de qua *Act. SS.*, Maii t. VII, p. 4, num. 2. — Inc. *Regnante Aureliano tyranno, directus est Domicianus quidam comes iniquus ad compellendos homines Christum colentes* — Mutato, ut dictum est *Act. SS.*, l. c., narrationis ordine, des. *Unde et usque hodie omnes habitatores regionis illius ... et auctorem meritorum ipsius Dominum nostrum ...* (cf. *Act. SS.*, t. c., p. 8, annot. *g*).

16. (Fol. 32ᵛ-37) Translatio S. Nicolai ep. et conf. = *BHL.* 6187, 6188. Maii 9.

17. (Fol. 37-38) Vita S. Beati presb. et conf. = *BHL.* 1064. Maii 9.

18. (Fol. 38-39) Passio SS. Gordiani et Epimachi. Maii 10.

Inc. *Sanctorum martyrum Gordiani et Epimachi praecipuus dies tanto est fidelium honore tractandus, quanto creditur Deo carus, quia militum Christi de tyranno victoria eidem Domino est hostia suavissima. Iulianus igitur imperator et apostata inter multos christianos, quos publicis custodiis mancipavit, beatum Ianuarium senem presbyterum comprehensum vicario suo Gordiano tradidit* — Des. *ubi iam pridem positum erat corpus beati Epimachi martyris Christi. Cuius etiam passionis commemoratio hac eadem die celebratur annuatim a fidelibus et dignis frequentatur honoribus, ad laudem... Amen.* Cf. *BHL.* 3612.

19. (Fol. 39-42ᵛ) Passio SS. Antimi presbyteri, Piniani et aliorum = *BHL.* 564, 561. Maii 11.

Ultima sententia prologi protracta est : ... *latinis lectoribus subministramus quantumque historiam sanctorum martyrum Antimi, Faltoni Piniani, Maximi, Bassi, Fabii, Diocleciani, Sisinnii, Florencii, Simplicii, Faustini et Beatricis et Ciriaci et sociorum eius et Arthemiae et Lucinae et aliorum notum habemus, scire volentibus veraci stilo pandere curamus.*

20. (Fol. 42ᵛ-46ᵛ) Passio Flaviae Domitillae nobilissimae virg. et ss. mm. Nerei et Achillei aliorumque. Maii 12.

Narratio *BHL.* 6058, 6059, 6063-6066, verbis tamen saepe mutatis. — Inc. *Diligentiam et sollicitudinum eorum qui ante nos fuerunt orthodoxorum imitatus, provinciae nostrae martyria aliquanta colligens* — Des. *et in profunda viscera terrae foveam faciens diligentissime sepelivit.* — Sequitur, nullo interposito lemmate, epitome Passionis S. Caesarii Terracinensis (*BHL.* 1515), quae inc. *Cum igitur hoc nuntiatum fuisset Luxurio, comprehendens sanctum Caesarium diaconum...*

21. (Fol. 46^v-47^v) Passio S. Pancratii. Maii 13. MAI.

Inc. *Temporibus sceleratissimorum imperatorum Diocletiani et Maximiani facta est immanis persecutio christianis.* — Des. *Tunc corpus eius ab Octavilla muliere quadam christiana sublatum est occulte et conditum aromatibus et involutum lintheaminibus positum est in sepulcro novo sub die quarto idus maii. Eodem die passa est sacratissima virgo Sotheris... Amen.* Cf. *BHL.* 6420.

22. (Fol. 47-49^v) Vita S. Servatii Tungrensis ep. Maii 13.

Inc. prol. *Sancti Servatii Tungrensis ecclesiae decimi episcopi vitam descripturi pauca praelibare dignum duximus, ut scrupulum dubietatis de ipsius exordii opinione tolleremus.* Dein exponit scriptor quam difficile sit vulgatam S. Servatii genealogiam probare; quae num sit vera, in dubio relinquit. — Inc. *Igitur confessor Christi Servatius Tungrensis ecclesiae episcopatum divinitus indeptus... Cuius pontificatus tempore multae haereses ecclesias Dei impugnabant* — Des. *Ex hac visione et superius beati Servatii contestatione certum est quia meritis beati Stephani protomartyris et sanctorum apostolorum orationibus ipsum de quo loquimur templum in urbe Metensi divinitus ab igne liberatum est.* — Eadem narrantur, verbis quandoque similibus, quandoque pluribus, in Vita *BHL.* 7613, num. 1-13.

23. (Fol. 49^v-54^v) Vita eiusdem secundum opinionem et non absurdam relationem aliorum.

In ea iam affirmatur S. Servatium fuisse *ex patre de genealogia Salvatoris.* — Inc. *In honore gloriosi confessoris Christi et antistitis venerabilis Servatii toto corde vigilemus, dilectissimi* — Des. *Octava demum die in basilica a beato quondam Materno episcopo in aggere publico constructa venerabilis impendia sepulturae sollemniter exacta sunt; ubi depositum corpus sacerdotis egregii Christi signis et virtutibus claret, ad laudem... Amen.*

24. (Fol. 54^v-56) Miracula quae post eius obitum facta sunt.

Desumpta ex opere nondum integre edito Iocundi presbyteri (cf. *BHL.* 7617 sqq.). Primo veniunt miracula ope huius etiam codicis ed. *Act. SS.*, Maii t. III, p. 225, num. 56-58; tum narratio inedita de fratre cuiusdam monialis Nivigellensis meritis S. Servatii ab aeterna damnatione salvato (inc. *Esse dicunt in Luttringia oppidum quoddam...*); demum miraculum ed. *Act. SS.*, t. c., p. 226, num. 60.

Sequitur : De genealogia sancti Servacii episcopi. *Anna et Esmeria sorores fuerunt. Anna peperit perpetuam virginem Mariam. Maria peperit Iesum Christum salvatorem omnium. Esmeria peperit Elisabeth et Eliud magnum virum. Elisabeth peperit Iohannem Baptistam, Eliud Emmiu, Emmiu Servatium gloriosissimum pontificem* (cf. *MG.*, Scr. t. XII, p. 90, l. 7-14).

MAI. **25.** (Fol. 56-59v) Vita et Passio S. Gangolfi = *BHL.* 3328. Maii 13.

Verbis quandoque aliis.

26. (Fol. 59v-61) Vita S. Illari heremitae. Maii 13.

Inc. *Temporibus quibus Roma a consulibus Dynamio et Syfesio gubernabatur* — Des. *Cuius corpus cum magna veneratione conditum aromatibus sepelierunt fratres in loco quo ipse, dum viveret, rogaverat. In quo loco exuberant beneficia eius omnibus invocantibus nomen Domini... Amen.* Cf. *BHL.* 3913.

27. (Fol. 61-62v) Passio SS. Victoris et Coronae. Maii 14.

Inc. *In diebus Antonini regis, facta persecutione christianorum sub Sebastiano comite Aegypti, erat quidam miles nomine Victor* — Des. *Absciso capite, exivit lac simul cum sanguine. Quod videntes plurimi qui aderant applicati sunt fidei et crediderunt Domino nostro... Amen.* Cf. *BHL.* 8559.

28. (Fol. 62v-63) Passio S. Bonifacii mart. apud Tharsum passi. Maii 14.

Inc. *Sub Diocletiano et Maximiano impiissimis imperatoribus orta est seditio maxima adversum christianos, ita ut omnes cultores Dei ad inclinandas cervices nefandissimis idolis compellerentur* — Des. *et alias diversas infirmitates curare. Passus est autem sanctus Bonifacius pridie idus maii, annuente gratia Domini... Amen.* Cf. *BHL.* 1413.

29. (Fol. 63-81) Vita S. Bachumii ab. = *BHL.* 6410. Maii 14.

Contracta clausula, des. *Haec pauca ex multis sanctissimi Bachumii virtutibus colligentes, omnium fratrum caritati pro posse nostro scriptis committimus, obsecrantes misericordiam Dei, ut eius meritis adiuvari mereamur in caelis de cuius perhenni gloria congratulamur in terris, praestante... Amen.*

30. (Fol. 81-82) Vita S. Orientii ep. et conf. Maii 14.

Haec Vita propius accedit ad Vitam *BHL.* 6344; quaedam tamen verba sunt praetermissa. — Inc. *Beatissimi sacerdotis Domini Orientii sacros actus vel opera pro parte...*

31. (Fol. 82-92v) Vita S. Brandani ab. et conf. Maii 16.

Inc. *Sanctus Brandanus filius Philocka, nepotis Alchildae reginae, de genere Eugenii Munensium regionis oriundus, vir erat magnae abstinentiae ceterarumque virtutum* — Des. *recto itinere ad monasterium suum reversi sunt. Fratres igitur gratulantissime suscipientes dilectum patrem glorificaverunt Deum, qui tam amabilis viri conspectibus voluit illos laetificare, cuius absentia tamdiu fuerant orbati... Postremo etiam indicavit dissolutionem sui corporis imminere, secundum praesagium iuvenis quod ei praedixerat in terra repromissionis sanctorum. Quod etiam rei probavit eventus. Nam cunctis post se bene dispositis, parvo interiacente temporis articulo, sacramentis munitus divinis, inter manus*

discipulorum gloriose migravit ad Dominum, cui... Amen. Cf. *BHL.* 1437. MAI.

32. (Fol. 92ᵛ-93ᵛ) Passio SS. Peregrini ep. et sociorum eius. Maii 16.

Inc. ut *BHL.* 6623. — Des. *Cuius sacratissimum corpus christiani latenter propter furentium paganorum rabiem noctu rapuerunt et condigna veneratione sepulturae tradiderunt. Duo autem ex sociis eius, qui cum eo directi sunt ab urbe Roma, Alexander scilicet et Iovinianus, similiter a paganis postea detenti, cum insuperabiles in fide Christi per omnia exstitissent, felici martyrio coronati sunt.*

33. (Fol. 93ᵛ-96ᵛ) Quomodo celebris facta sit memoria sanctorum Chorcodomi diaconi et aliorum condiscipulorum eius per conversionem cuiusdam Mamertini pagani = *BHL.* 5201.

34. (Fol. 96ᵛ-97ᵛ) Vita ss. germanarum virginum Potentianae, quae est XIIII kalendas iunii, et Praxedis, cuius festum est XII kalendas augusti = *BHL.* 6989.

Ex hoc praesertim codice ed. in *Act. SS.*

35. (Fol. 97ᵛ-98ᵛ) Passio S. Iuliae = *BHL.* 4517. Maii 18.

Sententiae quaedam ex hoc codice editae sunt in *Act. SS.*

36. (Fol. 98ᵛ-99) Passio SS. Sulpicii et Serviliani. Maii 23.

Inc. ut *BHL.* 6066. — Des. *sepelivit in profundo terrae, ne a paganis tollerentur. Passi sunt autem beati martyres Christi Sulpicius et Servilianus sub die decimo kalendas iunii, regnante... Amen.*

37. (Fol. 99-100ᵛ) Passio SS. Donatiani et Rogatiani fratrum. Maii 24.

Inc. ut *BHL.* 2275. — Des. *lanceis suis perfossos decollaverunt. Sic ad Christi gloriam venientes, dum beatus Donatianus lucratur germanum, sanctum videlicet Rogatianum, et germanus meretur assequi martyrium. Iste sit illi causa salutis; ille sit isti palma mercedis; et multiplicis gratiae pignore redundantes ad aeterna praemia meruerunt pervenire, praestante... Amen.*

38. (Fol. 100ᵛ-109ᵛ) Excerptum de historia Anglorum, qualiter Augustinus missus a B. Gregorio papa in Brittanniam venerit et gentem Anglorum ad fidem Christi converterit. Maii 26.

Ex BEDAE *Hist. eccl.*, lib. I, cap. 22-33, lib. II, cap. 2, 3, 5 (partim), 4, 5 (altera pars), 6, 7. — Inc. *In diebus illis quando cessatum est Brittanniae parumper ab externis quidem sed non a civilibus bellis...*

39. (Fol. 109ᵛ-112) Passio S. Theodori. Maii 27.

Inc. *Sicut splendor solis laetificat visum, sic verba et passiones sanctorum martyrum laetificant animum eorum qui diligenti cura legunt et intellegunt ea. Nam sicut caelum ornatum est stellis, sic sancta Ecclesia ornata est sanctorum martyrum signis atque miraculis* — Des.

MAI. *Suscipientes ergo turbae sanctum corpus eius portaverunt illud in Euchaiam cum luminibus, incenso, hymnis et psalmis, et posuerunt in propria substantia, sicut ipse praedixerat atque rogaverat. Ubi nunc non solum in die festivitatis eius, sed singulis fere diebus multi qui in tribulatione sunt accurrentes, osculantur sanctum sepulcrum eius, et suscipientes inde optata beneficia glorificant Deum, cui... Amen.* Cf. *BHL.* 8084.

40. (Fol. 112-116) Vita S. Willehelmi conf. Christi. Maii 28.

Recensio multo fusior Vitae *BHL.* 8916. — Inc. prol. *Laudum praeconia beatissimi confessoris Willehelmi fortia in invocatione iure inchoata divina, fideli relatione cognita, fidelium auribus ad perpetua tradamus monumenta* — Inc. *Igitur cum decliva serie saeculi, perfectio consummata esset vaticinandi, caelitus ab arce Patris descendens Filius Dei nostram voluit humanitatem indui* — Des. *Dignum fuit equidem ut tanto universa congratularetur viro caelestis curia, qui longe ante fidelium auribus et regis Ludewici revelavit se mori pro meritis, praemiis sciens se centuplicatis a Christo remunerari, culmina caeli penetrando cum angelorum immensitate gaudii.*

Sequitur hymnus (= *Repert. hymn.* 12542) ex hoc codice ed. *Act. SS.*, Maii t. VI, p. 826.

41. (Fol. 116-122ᵛ) Vita S. Germani Parisiacae urbis antistitis, edita a venerabili Fortunato episcopo. Maii 28.

Inc. ut *BHL.* 3468. — Des. *Raptus corporeo vinculo, immaculatus eius spiritus beatis fidei dotibus perpetualiter victurus victor caelorum invitatur palatio; ubi cum Christo felici perfruitur gaudio nunc et in saecula saeculorum. Amen.*

42. (Fol. 123-123ᵛ) Passio S. Sisinni diaconi et sociorum eius. Maii 29.

Inc. ut *BHL.* 7796 — Des. *ut scribit Paulinus episcopus in Vita sancti Ambrosii eiusdem Mediolanensis civitatis antistitis. Passi sunt autem beati martyres isti Sisinnius diaconus et socii eius Martirius et Alexander sub die IIII kalendas iunii, regnante... Amen.*

43. (Fol. 123ᵛ-126ᵛ) Vita S. Maximini Trevirorum ep. Maii 29.

Inc. ut *BHL.* 5824. — Des. *quatinus nunc peccatorum veniam consecuti quandoque mereamur eius gaudiis in caelis associari, praestante... Amen.*

44. (Fol. 126ᵛ-127ᵛ) Passio SS. Cancii, Canciani et Cancianillae fratrum. Maii 31.

Inc. ut *BHL.* 1543. — Des. *Et cum vidisset eas, laetatae sunt invicem atque demonstrantes ei locum ubi corpora sanctorum martyrum tumulata iacebant, rogabant eam ut secum aliquantulum demoraretur. Mansit ergo apud eas una nocte. Deinde regreditur ad urbem Aquile-*

giensem, ut curam eorum ageret qui ibidem in vinculis habebantur. Post cuius abscessum sanctus Zoilus perrexit ad Dominum. Martyrizati sunt autem beati martyres Cancius, Cancianus, et Cancianilla pridie kalendas iunii, imperante Domino nostro... Amen. MAI.

45. (Fol. 127ᵛ-128) Vita et transitus S. Petronellae virg. = *BHL.* 6061, 6062. Maii 31.

Inc. addita sententia : *Marcellus servus Christi Iesu sanctis confessoribus Nereo et Achilleo in Domino salutem. Quia sollicite interrogastis de Petronilla* — Des. *consequuntur quae postulant interventu eiusdem pretiosi martyris Nicomedis, qui passus est pro nomine domini nostri Iesu Christi, cui... Amen.* Cf. *Act. SS.*, Maii t. III, p. 11, num. 17.

46. (Fol. 128-130) Vita S. Gregorii ep. Nazanzeni. Maii 9.

Inc. *Beatissimus Gregorius theologus Nazanzenus a Nazanto castro vel oppido oriundus fuit; qui a nobilissimis et christianissimis parentibus* — Des. *atque in bona confessione migravit ad aethereas mansiones sepultusque est in oppido Nazantino conditus aromatibus et lintheis pretiosis, ad laudem et gloriam Iesu Christi.*

47. (Fol. 130-132ᵛ) Passio S. Urbani papae. Maii 25.

De qua *Act. SS.*, Maii t. VI, p. 6, num. 4 extr. — Inc. *Sub Alexandro imperatore et Almachio iudice, cum non solum in urbe Roma, sed etiam per totum mundi orbem multi christiani paterentur* — Des. *Non longo autem postmodum tempore et ipsi, digna ultione a Deo facta, morte crudelissima atque turpissima interierunt. Per omnia benedictus Deus, qui tradidit impios in aeterna poena cruciandos. Iustorum autem memoria in benedictione floreat, vigeat, augmentetur et crescat nunc et per infinita saecula saeculorum. Amen.*

48. (Fol. 132ᵛ-135) Vita venerabilis Bedae presb. Maii 26.

De qua *Act. SS.*, Maii t. VI, p. 719, num. 5. — Inc. prol. *Beati Bedae venerabilis presbyteri vitam descripturi rogemus Deum omnium bonorum largitorem, ut ipse* — Inc. *In Brittanniae regionibus, post tempora sanctorum patrum Ambrosii, Augustini et beatissimi papae Gregorii, surrexit nostris temporibus* — Des. *Librum autem historiae seu ecclesiasticae descriptionis Anglorum miserunt Romam, ut appareret in eo quanta patris nostri venerabilis presbyteri Bedae fuerit diligentia circa catholicam fidem conservandam et conscribendam omnemque religionem christianae veritatis custodiendam et adimplendam.*

49. (Fol. 135-136) Epistola cuiusdam fratris ad amicum suum de transitu S. Bedae presb. = *BHL.* 1068.

Verbis quandoque mutatis vel adauctis. — Inc. ut *BHL.* 1068. — Des. *sed nunc brevitatis causa hic praetermisimus, ne fastidiosis lectoribus graves et onerosi esse videamur.*

MAI. **50.** (Fol. 136-136v) Epistola domini Bedae ipsius operibus et laboribus compendiose digesta = *BHL.* 1067.

Narratio paulo prolixior. — Inc. *Beda famulus Christi et presbyter monasterii beatorum apostolorum Petri et Pauli in Lindisfarnensi oppido omnibus fratribus orationes in Christo. Quicumque humilitatis meae parvitatem vult agnoscere, hic in brevi operum meorum ac laborum tenorem considerare atque notare valebit. Natus in territorio Lindisfarnensi, cum essem annorum septem* — Des. addita ultima sententia praefationis Bedae in *Historiam ecclesiasticam* : *Praeterea omnes... fructum piae intercessionis inveniam, praestante... Amen.*

51. (Fol. 136v-147) Epistola domini Stephani abbatis ad dominum Thietmarum abbatem super vita B. Modoaldi archiep. et conf. = *BHL.* 5984.

52. (Fol. 147-160v) Liber de translatione S. Modoaldi Treverorum archiep. = *BHL.* 5985.

53. (Fol. 160v-163v) Liber secundus miraculorum = *BHL.* 5986.

Additi sunt versus : *Regnas cum Christo... pulvere tecti*, ed. *Act. SS.*, Maii t. VII, p. 716.

54. (Fol. 163v-164) Vita S. Hildemici Meldensis ep. et conf. Maii 26.

VINCENTIUS BELLOVACENSIS, *Spec. hist.*, XXIV, 25. — Cf. supra p. 268[1].

55. (Fol. 164-177v) Vita S. Dunstani archiep. et conf. = *BHL.* 2344. Maii 19.

56. (Fol. 177v-183v) Liber secundus de miraculis S. Dunstani archiep. et conf. = *BHL.* 2345.

Omissis tribus primis miraculis, inc. *Sacerdos quidam Folcanensium praepositus, nomine Ceonulfus...*

57. (Fol. 183v-185) Passio S. Desiderii ep. et mart. = *BHL.* 2145. Maii 23.

58. (Fol. 185-186) Vita S. Monicae, matris S. Augustini, tracta ex nono Confessionum et ex duabus epistolis quas idem Augustinus scripsit sorori suae nomine Perpetua<e> virgini praepositae seu priorissae monialium. = *BHL.* 5999. Maii 4.

59. (Fol. 186-187v) Item Vita S. Monicae viduae sub alio stilo.

Inc. *Beata et venerabilis Monica ex honestis parentibus progenita et in timore Domini sub virga Christi pudice et sobrie educata, dum adhuc puella esset* — Des. *eius sacra ossa inde in Aroasiam translata sunt; ubi et plurima miracula eius meritis ad mirificandam sanctam suam Deus operatus est, ad laudem... Amen.*

60. (Fol. 187v-188v) Mandatum sedis apostolicae de scribenda vita et miraculis B. Petri Tharatasiensis archiep. et conf. = *BHL.* 6772. Maii 8.

61. (Fol. 188^v-199^v) Vita beatissimi Petri Tharatasiensis archiep. edita a domino Gaufrido abbate = *BHL.* 6773. **Mai.**

62. (Fol. 199^v-201^v) Liber secundus de miraculis quae post obitum eius per ipsum Dominus fecit = *BHL.* 6774.

Sequuntur **63.** (fol. 201^v-203^v) litterae editae *Act. SS.*, Maii t. II, p. 345-48.

64. (Fol. 203^v) De S. Amatore pontifice. Maii 1.

Ed. *Act. SS.*, Maii t. I, p. 51, num. 6.

65. (Fol. 203^v-205^v) Editio cuiusdam catholici presbyteri de inventione corporis S. Philippi conf. = *BHL.* 6831, 6832.

66. (Fol. 205^v-206) De S. Maiolo Cluniacensi ab. = cod. 354^{17} (supra, p. 279). Maii 11.

67. (Fol. 206-207) De S. Pontio mart. = *BHL.* 6897. Maii 14.

Inc. *Beatus Pontius de nobili Romanorum stirpe ortus est. Cuius pater quondam senator urbis Romae fuit, Marcus nomine, mater vero Iulia...*

68. (Fol. 207-209^v) Passio S. Saturninae virg. = *BHL.* 7489. Maii 20.

69. (Fol. 209^v-212) Vita S. Guidonis ab. = *BHL.* 8876. Maii 4.

Collato hoc codice, ed. in *Act. SS.*

70. (Fol. 212-213^v) Passio SS. Galloceri et Parthemi mm. = *BHL.* 1534. Maii 19.

71. (Fol. 213^v-215) Vita S. Iuvenalis = *BHL.* 4614. Maii 2.

Inc. *Cum de universo orbe* (cf. *Catal. Lat. Rom.*, p. 60^{57}) — Des. *Haec autem gesta iubente venerabili Maximiano episcopo...*

72. (Fol. 215-216^v) Vita S. Wironis ep. = *BHL.* 8973. Maii 8.

73. (Fol. 216^v-222) Passio S. Dympnae virg. et mart. = *BHL.* 2352. Maii 15.

74. (Fol. 222-224) Miracula S. Dympnae virg. et mart. Christi = *BHL.* 2353.

Des. mutila : *ac sic illum de manibus sui domini potenter eripuit* (= *Act. SS.*, Maii t. III, p. 488, num. 7).

Sequuntur versiculi tres et antiphonae eadem ac supra p. 277^4.

75. (Fol. 224-224^v) Passio S. Cononis = *BHL.* 1912. Maii 20.

76. (Fol. 224^v-227) Passio S. Canionis ep. Maii 25.

Inc. prol. *Ad incitandos animos fidelium, fratres, quantum Deus donaverit* — Inc. *Anno siquidem secundo cum Diocletianus et Maximianus imperium obtinuissent, persecutionem adversus Dei ecclesiam commoverunt* — Des. *et basilicam construxit, sicut in eius testimonii titulo in fronte illius cubiculi scripto legitur, praestante... Amen.* Cf. *BHL.* 1541, num. 1-27.

77. (Fol. 227^v-228^v) Vita S. Mamerti archiep. Viennensis = *BHL.* 5204. Maii 11.

MAI. **78.** (Fol. 228^{v}-230) Vita et Passio S. Quiteriae virg. et mart. = *BHL.* 7043. Maii 22.

Inc. *In diebus illis erat Catillus rex magnus super omnes orientales.* — Des. *Rogemus ergo ipsum Deum, ut ad gloriam meritis dictae sanctae cum angelis sanctis suis in vitam aeternam, ipsa adiuvante, pervenire mereamur in saecula saeculorum. Amen. Quae passa fuit in Vasconia prope civitatem Adurensem undecimo kalendas iunii, sub anno incarnationis domini nostri Iesu Christi millesimo septuagesimo septimo.* Cf. *BHL.* 7403. Excerpta quaedam tenuia ex hoc codice vid. *Act. SS.*, Maii t. V, p. 172-73.

79. (Fol. 230^{v}-231^{v}) Passio S. Zachariae ep. et mart. = *BHL.* 8997. Maii 27.

Des. *Nunc ergo et nos sustineamus quae ille pro Deo sustinuit, contemnamus quae contempsit, ut cum ipso et cum sanctis omnibus adipisci mereamur aeternam requiem, quam ipse promisit, pro cuius decertavit nomine, rex caelorum Christus, qui vivit in saecula saeculorum. Amen.*

80. (Fol. 231^{v}-237) Liber miraculorum S. Volcquini abbatis Sichemensis = *BHL.* 8730.

Deest hymnus (= cap. 35). Ultima capita hoc ordine veniunt: cap. 30, 33, 34, 31, 32.

81. (Fol. 237-237^{v}) De devota soror<e> Haseka = *BHL.* 3760.

82. (Fol. 237^{v}) Vita S. Servatii ep. et conf. = *BHL.* 7617. Maii 13.

Foliis perditis, post quasdam sententias des. *Anna, ut notum est, peperit virginem.*

83. (Fol. 246-248) <Miracula S. Servatii> = *BHL.* 7620.

Foliis perditis, inc. mutila : *ad habitaculum sanctum tuum? Ascenderunt Saxones et irati sunt* (= *Act. SS.*, Maii t. III, p. 220, num. 36 sub fine). Sequuntur miracula ibidem edita sub num. 39, 40, 37, 41-43, 47, 59, et praeterea recensio quaedam miraculi de quo supra, 24 (*Esse dicunt in Lotharia...*) — Des. *representans ei vestem quam priori die pauperi dedit.*

IUNIUS

Superesse videtur solum folium primum, quod nunc servatur in tomo octobris, id est in codice Brenkensi 7. Vid. infra, p. 329.

Est illud folium pergamenum sign. I (0^{m},393 × 0,273), paginis bipartitis exaratum saec. XV manu multum simili illis quae reliqua volumina descripserunt. Inest

1. (Fol. 1-1^{v}) <Vita et> conversatio S. Symeonis confessoris apud Treverim in porta quae dicitur nigra reclusi *(lemma praescriptum est in inferiore margine)* = *BHL.* 7963.

Post prologum, inc. Vita: *In Sicilia provincia, civitate Ciracusana, vir Domini Symeon patre graeco, Antonio dicto, matre Calabria progenitus, cum esset annorum septem* — Des. mutila: *Tandem Dei famulus ad se reversus virtute orationis et signaculo sanctae crucis inimicum repellit, seque* | IUN.

De reliquis libellis, qui in eodem tomo legebantur, pauca dumtaxat colligere potuimus.

A. (Fol. 9...) <Passio S. Photini ep. et sociorum mm.> = *BHL.* 6844.

Des. *et colligentes sacros cineres condigno honore sub altario condiderunt; ubi semper se virtutibus manifestis cum Deo habitare declarant.*

Hanc clausulam desumptam ex Gregorio Turonensi *In gloria Martyrum* c. 48, sequuntur sententiae quaedam excerptae ex Martyrologio Adonis et ex eodem capite Gregorii; occurrunt demum nomina martyrum. — Apographum in cod. 123 Bibl. Bollandianae.

B. (Fol. 80...) <Passio SS. Nazarii et Celsi> = *BHL.* 6049.

Adhibito hoc codice, ed. in *Act. SS.*

C. (Fol. 103ᵛ...) Passio S. Albani, qui apud Moguntiam passus est = *BHL.* 200. Iun. 21.

Deest prologus. — Apographum in cod. 122 Bibl. Bollandianae; cf. cod. eiusdem 158, p. 356.

D. (Fol. 168...) Vita beatissimae virginis Erendrudis, quae in Saltzburgensi ecclesia corporaliter requiescit *(immo Vita S. Ruperti)* = *BHL.* 7397. Iun. 30.

Inc. *Cum beatissimus Rupertus Wangionis episcopus tempore arianae persecutionis ab ecclesia expulsus fuisset* — Des. ut *BHL.* 7397. — Apographum in cod. 114 Bibl. Bollandianae. Cf. p. 273[14].

E. (Fol. 232ᵛ...) <Passio S. Botvidi mart.> = *BHL.* 1434.

Ex hoc uno codice ed. in *Act. SS.*

F. (Fol. 243...) Passio S. Thimonis archiepiscopi et mart. = *BHL.* 8132.

Apographum in cod. 151 Bibl. Bollandianae.

G. (Fol. ...) <Passio SS. Aurei et Iustinae et sociorum> = *BHL.* 825.

Ex hoc uno codice ed. in *Act. SS.* De qua etiam cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 356.

Recensentur praeterea in cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 356, primo tria documenta de S. Bonifatio Moguntino, tum alia quaedam:

H. « Bonifacii a. Willib. C(ollatum) cum Serar(io), Surio, Browero » = *BHL.* 1400.

IUN. **I.** « 2° Petition' ad Fuld. C cum Surio <et cod.> Abdinghof. »

Id est, opinor, Vita *BHL.* 1403, quae inc. *Petitionibus vestris, fratres Fuldenses...*

K. « 3° B. Ludgeri C. »

Forsan loci de S. Bonifatio excerpti ex Vita S. Gregorii Traiectensis a S. Liudgero conscripta (*BHL.* 3680).

L. <Vita S.> Potentini.

M. Visio Heriford.

N. Inventio Benigni et Agnetis (= *BHL.* 165).

O. <.....> Albini (culti Coloniae, cf. *BHL.* 238).

P. <Vita S.> Bodardi.

Cf. *Act. SS.*, Iun. t. V, p. 2 E.

Q. <Vita S.> Ottonis (ep. Bambergensis?).

IULIUS

(Videtur periisse)

A. (Fol. 95...) <Vita S. Reginswidis> = *BHL.* 7101.

Ex hoc uno codice ed. in *Act. SS.* Cf. cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 357.

B. (Fol. ...) Passio S. Iacobi.

C. (Fol. 117...) Translatio eiusdem de Iudaea in Galiciam = *BHL.* 4069.

D. (Fol. ...) De miraculis S. Iacobi apost. = *BHL.* 4072 (partim, id est *Act. SS.* § 222-240) et *BHL.* 4084.

E. (Fol. ...) Pulchrum miraculum, qualiter Iohannes primus abbas Bonaevallis intercessione S. Iacobi a iudicio quod in visione vidit et a saeculari conversatione conversus.

VINCENTIUS BELLOVACENSIS, *Spec. hist.* XXVII, 42.

In cod. 126 Bibl. Bollandianae servatur apographum narrationum C-E commemorata Passione B.

F. (Fol. 192v...) <Vita S. Glodesindis> = *BHL.* 3563, 3564.

Ex hoc uno codice ed. in *Act. SS.*

G. (Fol. 206...) <Passio et miracula S. Olavi regis> = *BHL.* 6324.

Ex hoc uno codice ed. in *Act. SS.*

H. (Fol. 212v...) <Vita S. Eparchii> = *BHL.* 2559.

Adhibito hoc codice, ed. in *Act. SS.*

I. (Fol. 240...) Vita S. Theodorae = *BHL.* 8071.

Apographum in cod. 141 Bibl. Bollandianae.

K. (Fol. ...) Vita S. Romuli episcopi = *BHL.* 7334.

Ex hoc codice ed. in *Act. SS.*

L. (Fol. ...) Vita S. Disibodi ep. et conf. = *BHL.* 2205. IUL.

Sola Miracula ex hoc codice edita sunt in *Act. SS.* – Recensetur in cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 357.

Ibidem etiam recensentur

M. <S.> Arbogasti <Vita> maior = *BHL.* 656.
N. <Vita S.> Henrici = *BHL.* 3811 vel 3812.
O. <Vita S.> Kiliani.
P. <S.> Liborii <legenda> parva = *BHL.* 4914.
Q. <Vita S.> Odiliae.
R. <Vita S.> Willibaldi.

AUGUSTUS

(Videtur periisse)

A. (Fol. 23...) <Revelatio seu inventio S. Stephani>.

Inc. *Lucianus misericordia Dei indigens...* (*BHL.* 7851 vel 7853). - Cf. cod. Bruxellensis Bibl. Reg. 8985, fol. 173.

B. (Fol. ...) Translatio S. Stephani protomart. = *BHL.* 7882.

Apographum in eodem cod. Bruxellensi, fol. 173-175v.

C. (Fol. 43...) Passio S. Cyriaci ep. Ostiensis. Aug. 9.

De qua *Act. SS.*, Aug. t. IV, p. 757, num. 10. — Apographum in cod. 131 Bibl. Bollandianae. — Inc. *Erat in civitate Ostia episcopus, nomine Cyriacus, timens Deum, cum sacerdotibus suis Maximo, Eusebio et Concordio et Archelao diacono; quorum orationibus multa mirabilia Dominus operatus est* — Des. *Ad ultimum, adhibitis flammis lateribus eius, in medio ignis emisit spiritum. Cuius corpus noctu colligens beatus Concordius presbyter sociavit illud corpori beatae Aureae dominae suae sub die quinto kalendarum septembris, regnante... Amen.*

D. (Fol. 77v...) Vita S. Filiberti ab. et conf. = *BHL.* 6805. Aug. 20.

Primae et ultimae sententiae ab editis sunt diversae. — Apographum in cod. 130 Bibl. Bollandianae, de quo *Act. SS.*, Aug. t. IV, p. 69, num. 18. — Inc. *Sanctus Filibertus nobili parentela progenitus cum primaevae aetatis flore nitesceret, in curia regali commendatus est a patre suo Filibaudo* — Des. *His et huiusmodi virtutibus abundantissime ditatus et tam Deo quam hominibus acceptus, tertio decimo kalendas septembris, flentibus populis, gaudentibus angelis, de mundi ludibrio migravit ad Christum, percepturus ab eo palmam gloriae in triumphum, quem semper in corde, semper habuerat in ore, qui vivit... Amen.*

E. (Fol. 85v...) Passio SS. Timothei et Apollinaris = *BHL.* 8296. Aug. 23.

AUG. De qua *Act. SS.*, Aug. t. IV, p. 517, num. 12. — Apographum in cod. 113 Bibl. Bollandianae. — Inc. *Temporibus Neronis, cum Lampadius praesidatum ageret in Remensi civitate, facta est persecutio in christianos pervalida* — Des. *Post haec Eusebius quidam, qui et ipse per verba sanctorum martyrum crediderat, fabricavit illis ecclesiam; in quam translata corpora a Tilpino venerabili episcopo collocata sunt ibidem in sarcophago auro et argento honorifice vestito; quo in loco multa signa ostenduntur, ad laudem... Amen.*

F. (Fol. 86v...) Passio trium fratrum Claudii, Asterii et Neonis. Aug. 23.

De hoc exemplari cf. *Act. SS.*, Aug. t. IV, p. 571, num. 21. Apographum in cod. 132 Bibl. Bollandianae. — Inc. ut *BHL.* 1829. — Des. *finivit et illa* (i. e. Theonilla) *temporalem vitam migrans feliciter ad aeternam, praestante... Amen.*

G. (Fol. 93v...) Passio SS. Eusebii, Vincentii, Peregrini, Pontiani mm. = *BHL*. 2744. Aug. 25.

Ex hoc etiam codice edita in *Act. SS.* — Apographum in cod. 131 Bibl. Bollandianae.

H. (Fol. 94v...) Passio SS. Alexandri et Secundi de exercitu Thebaeorum. Iul. 27.

Epitome libelli *BHL*. 276. — Apographum in cod. 133 Bibl. Bollandianae. — Inc. *Apud urbem Italiae quae Pergamus dicitur, natalis sancti Alexandri gloriosissimi martyris Christi officiosissima solemnitate celebratur. Qui cum esset miles non ignobilium parentum prosapia exortus* — Des. *Iste namque ante beatum Mauricium et ceteros commilitones eius post vincula et carceris squalores martyrium capitis amputatione complevit et ad chorum martyrum cum palma victoriae convolavit, praestante...*

I. (Fol. 97...) Passio S. Mercurii militis = *BHL*. 5933. Aug. 26.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8955, fol. 123-127v.

K. (Fol. 115v...) Passio S. Hermetis mart. = *BHL*. 266. Aug. 28.

Apographum in cod. 133 Bibl. Bollandianae. — Verba aliquando sunt mutata. Inc. *Quinto loco a beato Petro apostolo Romanae urbis cathedram sedit Alexander, vir prudens ac nobilis* — Des. *proprium habet sacerdotem usque in hodiernum diem. Celebratur passio sanctorum martyrum... Amen.*

L. (Fol. 121...) Passio sive etiam decollatio S. Iohannis Baptistae. Aug. 29.

Apographum in cod. 124 Bibl. Bollandianae. — Narratio desumpta partim ex Evangelio, partim ex l. XVIII Iosephi, fabulis nonnullis admixtis. — Inc. *Quinto decimo Tiberii caesaris anno, qui quartus erat procuratoris Pilati* — Des. *Porro caput eius duobus monachis orientalibus, qui*

causa orationis venerant Ierosolymam, Dei nutu revelatum est iuxta Herodis quondam regis habitationem; quod inde sublatum est et in urbem Phaeniciae regionis Emesam perlatum digno honore colitur ac veneratur, ad laudem... Amen. Cf. *Anal. Boll.*, t. XI, p. 258[30]; *Catal. Lat. Rom.*, p. 102[61]. AUG.

M. (Fol. 121ᵛ...) Passio S. Sabinae. Aug. 29.

Apographum in cod. 134 Bibl. Bollandianae. — Inc. *In choro sanctarum martyrum beata numeratur Sabina, quae mortem a persecutoribus illatam suscepit intrepida. Haec fuit uxor praeclarissimi quondam viri Valentini, filia Herodis metallarii* — Des. *Passa est autem sancta Sabina illustrissima femina sub Adriano imperatore quarto kalendas septembris et coronata est una cum fortissima virgine Seraphia, ad laudem... Amen.*

N. (Fol. 122...) Passio S. Sabinae virg. Aug. 29.

Apographum in cod. 134 Bibl. Bollandianae. — Inc. *Savinianus nobilis et dives oppido Samon, amisso patre et matre, nutriebatur in domo familiae* — Des. *Transivit autem beata Sabina de hoc saeculo ad Dominum quarto kalendas septembris, postquam vixerat quadraginta et octo annis, felici fine complens labores peregrinationis, praestante... Amen.* Cf. *BHL.* 7408.

O. (Fol. 126ᵛ...) Vita S. Aidani ep. Aug. 31.

De qua *Act. SS.*, Aug. t. VI, p. 688, num. 4. — Apographum in cod. 134 Bibl. Bollandianae. — Inc. *Ad instituendam artius in Christo provinciam Anglorum missus est Aidan, vir summae mansuetudinis ac pietatis, a monasterio sancti Columbae quod est in Iona insula Britanniae, eo tempore quo eidem monasterio praefuit Segenus, quintus post sanctum Columbam abbas* — Des. *qui tantum erant ab omni avaritiae peste castigati, ut nemo territoria ac possessiones ad construenda monasteria nisi a potestatibus saeculi coactus acceperit. Quae consuetudo Scotis accepta per omnia aliquanto post haec tempore in ecclesiis Nordannimbrorum servata est.*

P. (Fol. 129...) Vita ss. confessorum Iusti et Clementis. Aug. 31.

Apographum in cod. 134 Bibl. Bollandianae — Inc. *Beatissimi viri Iustus et Clemens germani, quos [in] christianae fidei iunxit stabilitas, sicut illis unum adhaerendo Christo fuit certamen* — Des. *Haec et alia multa signa usque hodie sanctorum confessorum Iusti et Clementis meritis in eodem loco operatur dominus noster Iesus Christus, cui... Amen.*

Q. (Fol. 138...) Vita S. Helenae reginae.

Apographum in cod. 129 Bibl. Bollandianae. — Inc. ut *BHL.* 3783. — Des. *ubi ei sarcophagum porphyreticum mirae magnitudinis et operose construi fecit. Cuius meritis et precibus apud Deum obtineamus ut in Sion mereamur videre Deum deorum... Amen.*

AUG. **R**. (Fol. 159ᵛ...) Passio SS. Vitalis et Agricolae mm. = *BHL*. 8691. Dec. 27.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8932, fol. 241-242ᵛ.

S. (Fol. 168...) <Passio S. Ionii presbyteri Castrensis>.

VINCENTIUS BELLOVACENSIS, *Spec. hist.* XI, 23. — Ex hoc codice ed. *Act. SS.*, Aug. t. II, p. 15.

T. (Fol. 181ᵛ...) Passio S. Martini papae et mart. Nov. 10.

Narratio *BHL*. 5598, addita mira clausula de translatione. — Inc. *Post mortem magni et incliti regis Dagoberti successit in regno filius eius* (= *MG.*, Scr. rer. merov. t. IV, p. 689, l. 10) — Des. *atque eximior comprobatur* (= ibid., p. 691, l. 19). *Igitur beatus papa Martinus, cuius festivitatem hodierna die celebramus, ab imperatore Constantino haeretico ob fidem catholicam per Theodorum exarcham de ecclesia raptus est atque ad Constantinopolim, sicut supra commemoratum est, perductus. Deinde cum fidei catholicae propugnator constantissimus exsisteret, apud Cersonam Liciae provinciae civitatem exsilio relegatus vitam ibidem in confessione Christi martyrio finivit, multisque virtutum signis in eodem loco refulsit* (cf. ADO ad d. 10 nov.), *donec a fidelibus viris corpus eius ad Fuldense coenobium perlatum e[s]t honorifice inibi collatum* (*collocatum* ante corr.) *est, praestante... Amen.* — Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8940, fol. 127-128.

U. (Fol. 181ᵛ...) Vita B. Werenfridi conf. = *BHL*. 8858. Aug. 14.

Adhibito hoc codice, ed. in *Act. SS.* — Apographum in cod. 129 Bibl. Bollandianae.

X. (Fol. 183ᵛ...) Depositio S. Richardis virg. Aug. 19.

De qua *Act. SS.*, Sept. t. V, p. 794, num. 2. — Apographum in cod. 145 Bibl. Bollandianae; cf. etiam cod. 158, p. 357. — Inc. *Erat beatissima Richardis nobilissima genere, pulchra facie, sed pulchrior fide, ita dives ut regio cultu adornata sicut imperatrix Romani imperatoris sponsa, et sub mariti oboedientia permansit incorrupta* — Des. *et tamen maritali oboedientia servata, per eum qui vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Obiit autem beata virgo Richardis XIIII kalendas septembris coruscans virtutibus et signis in monasterio suo, ut praedictum est; ubi praestantur beneficia eam pie invocantibus, praestante... Amen.* Cf. *BHL*. 7201.

Y. (Fol. 186...) Vita B. Auctoris archiep. Treverensis = *BHL*. 747. Aug. 20.

Z. (Fol. ...) Tractatus de adventu sanctissimi confessoris Auctoris archiep. ad monasterium Sancti Aegidii Brunovicensis civitatis = *BHL*. 748.

AA. (Fol. ...) Quaedam miracula S. Auctoris archiep. = *BHL*. 749, num. 18-23.

Libelli Y, Z, AA editi sunt ex solo huius codicis apographo, quod superest in cod. 176 Bibl. Bollandianae. AUG.

BB. (Fol. ...) De translatione brachii S. Auctoris in Helmwardeshusen = *BHL*. 5985, num. 8 sqq.

Cf. *Act. SS.*, Aug. t. IV, p. 54, num. 24. Narratio *BHL*. 5985 in *Act. SS.*, Maii t. III, p. 63-78, ex tomo maii (supra, p. 308[2]) edita est. In hoc tomo augusti inc. *Ditmarus sextus Helmwardeshusen ecclesiae a Deo electus abbas...* — Superest in cod. 176 Bibl. Bollandianae apographum quod, folio perdito, des. *infelicibus parentibus ademerat. Qui nomen ig* | (Cf. *Act. SS.*, Maii t. III, p. 66, num. 16 sub in.)

CC. (Fol. 194...) Vita B. Ludowici regis Franciae = *BHL*. 5043. Aug. 25.

Apographum in cod. 132 Bibl. Bollandianae.

DD. (Fol. ...) Sequuntur quaedam beatissimi Ludowici miracula; quae quia omnia narrare non sufficimus, aliqua celebriori memoria digna ad Dei et sui gloriosissimi confessoris Ludowici gloriam et fidelium utilitatem veridica narratione describemus = cod. 354[2] (supra, p. 276).

Apographum in cod. 132 Bibl. Bollandianae.

EE. (Fol. 261v...) Passio S. Helenae viduae et mart. = *BHL*. 3793.

Omissa ultima parte, desinebat in cod. *lumen recepit* (= *Scr. rer. suec.*, t. III, 2, p. 137 med.). Ex hoc ipso codice Vita sic mutila edita est in *Act. SS.*, Iul. t. VII, p. 332-33; cf. p. 331, num. 8.

FF. (Fol. ...) <Passio S.> Iustini pueri.

De qua *Act. SS.*, Aug. t. I, p. 32, num. 13, et p. 33, num. 17. Cf. cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 357.

GG. (Fol. ...) Vita B. Martini solitarii et conf. versifice dictata. = CHEVALIER, *Repert. hymn.* 22081. Aug. 3.

Apographum libellorum GG et HH in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8920, fol. 15-17. Cf. cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 357.

HH. (Fol. ...) Vita B. Martini solitarii et conf. prosaice dictata. = *BHL*. 5601.

Sequuntur, nullo interposito lemmate, pauca quaedam, quibus iterum explicantur ea quae de sancto in Vita iam narrata erant; quo loco scriptor affert distichon ex hymno de quo supra (GG) desumptum (*Alter amicus erit; hinc sic divinitus audit: His tu parce locis, alter amicus erit*), quasi a Marco in noto carmine (*BHL*. 1103) sit conscriptum. Demum exscripta sunt c. 5-9, 19, 20 narrationis *BHL*. 5604 (ad quorum editionem in *Act. SS.* hoc etiam apographo sunt usi), subiunctis, tamquam epilogo, ultimis verbis Vitae S. Hilarii a Fortunato conscriptae (*BHL*. 3885) : *implerem, ne dum hominis... invitet.*

AUG. **II.** (Fol. ...) Vita S. Radegundis reginae.

Ipsa Vita *BHL.* 7048, verbis tamen multum mutatis. De qua recensione vid. *Act. SS.*, Aug. t. III, p. 48, num. 8, et p. 68, annot. *b*. Cf. etiam cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 357.

KK. (Fol. ...) <Vita S.> Valentini Pataviensis <ep.> = *BHL.* 8462.

Ed. ex hoc codice in *Act. SS.*, Ian. t. I, p. 1094-97. — Cf. cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 357.

Praeterea recensita sunt ibidem nomina horum etiam sanctorum, de quibus in tomo mensis augusti legebantur nescio quae documenta :

LL. Antoni.

MM. Conradi de Herlesheim (?).

Cf. *Act. SS.*, Aug. t. I, p. 197 D.

NN. Wicberti confessoris.

SEPTEMBER

CODEX MONASTERIENSIS 23 (CATAL. 214, IV)

Membraneus, foliorum A et sign. 276 (0^m,395 × 0,282), paginis bipartitis exaratus saec. XV a Conrado de Hersfeldia presbytero et Anthonio de Lippia diacono, iubente Arnoldo de Holte priore monasterii Sancti Maynulfi. Perierunt folia 1, 2, 55, 80, 88, 89, 148, 158, 255.

Fol. A descriptus est index Vitarum. Fol. A^v legitur idem prologus qui in volumine mensis maii, fol. B^v (cf. appendicem II).

1. (Fol. 3-3^v) Vita S. Aegidii ab. = *BHL.* 93. Sept. 1.

Foliis 1 et 2 perditis, inc. mutila : *quinque miliariorum* (= *Act. SS.*, p. 301, num. 17).

2. (Fol. 3^v-5) Passio S. Terentiani ep. = *BHL.* 8000. Sept. 1.

3. (Fol. 5-6^v) Vita ss. pontificum Sixti et Synicii = *BHL.* 7815. Sept. 1.

Inc. prol. *Actus et laudes sanctorum enarrare magnae creditur utilitatis esse* — Inc. *Sancti itaque Sixtus et Synicius Romae oriundi ibique sancte et religiose a successoribus beatorum apostolorum nobiliter a cunabulis in lege divina educati* — Omissa ultima sententia, des. *quo in loco memoria sanctitatis eorum miraculis et virtutibus coruscans insignis comprobatur evidentibus indiciis, ad laudem... Amen.*

4. (Fol. 6^v-7^v) Vita ss. episcoporum Victoris et Victorii. Sept. 1.

Inc. ut *BHL.* 8600. — Des. *Heres igitur dignissimus patris sui Victo-*

rius populum sibi commissum in fide Christi sollicite erudiens... cum Cenomannicam ecclesiam pluribus annis strennue rexisset, caelesti vocatione vocatus de corruptione huius saeculi feliciter evolavit, et sicut corpus eius corpori patris consepultum est in terris, ita anima ipsius animae patris felici societate coniuncta est in caelis, praestante... Amen. SEPT.

5. (Fol. 7ᵛ-10ᵛ) Passio ss. duodecim fratrum Donati, Felicis et aliorum. Sept. 1.

Inc. ut *BHL.* 2297. — Des. *studuit decentissime collocare. Qui in eadem urbe usque in praesentem diem multis et magnificis pollent miraculis, omnium sibi supplicantium necessitatibus suffragantes piis intercessionibus suis apud misericordiam eius qui mirabilis est in electis suis, Iesus Christus dominus noster, qui... Amen.*

6. (Fol. 10ᵛ-12ᵛ) Vita S. Lupi ep. Sept. 1.

Inc. *Calamo pandere gesta sanctorum* — Des. *digna remuneratione ab ipso donatus, miraculis et virtutibus innumeris secundum diversas infirmitates hominum clarescere coepit, annuente Domino... Amen.* Cf. *BHL.* 5082.

7. (Fol. 12ᵛ-15) Vita S. Verenae virg. Sept. 1.

Inc. prol. ut in *BHL.* 8541. — Inc. *Beata virgo Verena, ut ferunt, Thebaeorum genere oriunda, honestis parentibus exorta... cuidam sancto episcopo ad baptizandum et fide informandum traditur* — Des. *Unde et a fidelibus fabricata est ibidem ecclesia in honore eius; in qua florent orationes illius, et multa beneficia praestantur contingentibus sepulcrum eius, largiente Domino... Amen.*

8. (Fol. 15-18) Passio SS. Aniceti, Fotini et aliorum = *BHL.* 481. Sept. 2.

De qua *Act. SS.*, Aug. t. II, p. 707, num. 12. — Inc. ut *BHL.* 481. — Des. *Tunc divina revelatione commonitus episcopus Dulcitius, vir sanctus et omni castitate atque scientia ornatus... Passi sunt autem beatissimi martires Anicetus et Fotinus cum aliis multis quarto nonas septembris, regnante... Amen.*

9. (Fol. 18-19) Vita S. Iusti Lugdunensis ep. Sept. 2.

Inc. ut *BHL.* 4599. — Des. *Nam illa reverenda sancti senis ossa a remotis terrae partibus una cum dilecti discipuli sui Viatoris cineribus translata cum gaudio spiritali in ecclesiam septem fratrum Machabaeorum sepelierunt; ut quos numquam spiritu reliquerat, ipsos etiam corporis sui praesentia tueatur, praestante... Amen.*

10. (Fol. 19-20ᵛ) Vita et Passio S. Antonini mart. Sept. 3.

Inc. prol. *Quaecumque sanctorum martyrum miracula recitantur* — Inc. ut *BHL.* 572. — Des. ut *BHL.* 573.

11. (Fol. 20ᵛ-27) Vita S. Mansueti ep. = *BHL.* 5209, 5210. Sept. 3.

Desunt prologus et carmina.

SEPT. **12.** (Fol. 27-29) Vita S. Remacli ep. = *BHL.* 7113. Sept. 3.

Deest prologus. — Omissa ultima sententia, des. *innumera dona conferre dignatur.*

13. (Fol. 29-33v) Miracula eiusdem = *BHL.* 7120.

Eodem ordine quo in *Act. SS.*, verbis quandoque aliis. — Inc. *Post expletum gloriosi antistitis Remacli omnibus saeculis laudabilem triumphum* — Des. *id maxime studentes ne vel alia poneremus quam quae ab his qui viderunt didicimus, vel quae ipsi per nosmet ipsos probavimus.*

14. (Fol. 33v-35) De eversione monasterii S. Remacli, quod est Stabulaus.

Inc. *Anno dominicae incarnationis octingentesimo octogesimo tertio, regnante Karolo tertio, nostris, ut credo, malis divina usquequaque exasperata clementia* — Des. *His et aliis compluribus virtutum declaratur insignibus quanta a Deo gloria muneratus sit beatissimus confessor Remaclus, qua non solum tunc temporis laudabiliter enituit, sed etiam nunc cotidianis miraculorum indiciis celeberrimus exsistit, auxiliante... Amen.* Cf. *BHL.* 7127, 7128.

15. (Fol. 35-38v) Vita S. Marini conf. et levitae = *BHL.* 4831. Sept. 3.

Collato hoc codice, ed. in *Act. SS.*

16. (Fol. 38v-39r) Passio S. Marcelli mart. = *BHL.* 5246. Sept. 4.

17. (Fol. 39r-40r) Vita et Passio S. Victorini Amiternensis ep. Sept. 5.

Vita *BHL.* 7659 in initio et in fine contracta — Inc. *Fuerunt duo fratres, Victorinus et Severinus. Hi post utriusque parentis obitum* — Des. *venerunt Amitternenses populi christiani et rapientes illud in suum territorium transtulerunt atque inibi honorifica sepultura sub die nonarum septembrium condiderunt.*

18. (Fol. 40r-41) Nunc ad exsequendam vitam B. Severini, fratris huius sanctissimi viri, cuius transitus celebratur sexto idus ianuarii, stilum vertamus.

Inc. *Igitur Severinus beati Victorini germanus maximo studio carnem suam edomat* — Des. *Ad haec verba viri Dei innocens animal, sumpta per Deum fiducia, sequitur sine omni laesione dominum suum. Per merita siquidem pastoris data est vox pecori, simul et confidentia inundantem fluvium transeundi, per Dominum... Amen.* Cf. *BHL.* 7660.

19. (Fol. 41-50) Vita B. Magni confessoris edita a Theodoro sodali eius, qui ambo in discipulatu B. Galli fuerunt, post cuius obitum Magnus valde fatigatus in laboribus huius saeculi in loco qui dicitur ad Fauces transiens ad Dominum. Sept. 6.

Vita *BHL.* 5162 verbis aliquando mutatis. — Inc. ut *BHL.* 5162. — Des. *studiosis atque devotis sufficiant. Obsecramus igitur Dominum, qui in*

sanctis suis semper est mirabilis, per merita beati patroni nostri, ut sicut sanitatem corporum multis per eum conferre dignatus est, ita nobis eius orationibus salutem animarum et vitam largiatur aeternam. SEPT.

20. (Fol. 50-53) Vita S. Evorcii ep. = *BHL.* 2799. Sept. 7.

Inc. prol. et des. Vita ut in *BHL.* 2799. — Vita inc. verbis aliquantum aliis : *Dissianus vir beatissimus, ecclesiae Aurelianensis episcopus, postquam concessam sibi a Domino spiritalem militiam...*

21. (Fol. 53-60) Editio B. Iheronimi presbyteri de nativitate sacratissimae virginis Mariae. Sept. 8.

Leguntur sub hoc lemmate

1°) (Fol. 53-58) Narratio de infantia B. V. Mariae, id est recensio quaedam libelli *BHL.* 5335, cap. I-VIII, modo iisdem, saepe pluribus verbis concepta, praemissis binis litteris *BHL.* 5334. Post litteras inc. *Erat vir in Israhel, nomine Ioachim* — Des. *super hoc quidem beatissima virgo Maria, Dei genitrix post futura, custodita et bene munita fuisse cognoscitur ab angelis et archangelis usque in diem dominicae conceptionis.*

2°) (Fol. 58) Laudatio civitatis illius quae vocatur Ad Sanctam Annam, in qua natae dicuntur S. Anna et B. V. Maria. — Inc. *Est civitas non magna, sed nobilis et regia, iuxta Nazareth in finibus Iuda et Beniamin, quondam Vicus Regius, nunc vero Ad Sanctam Annam vocitata* — Des. *infirmitatem et sterilitatem animarum curat, reficit et sanat.*

3°) (Fol. 58-58v) « Miraculum. » Peregrinis, qui in periculo naufragii positi voverant se ad locum illum, id est ad Sanctam Annam, festinaturos, affuisse dicitur B. Virgo. — Inc. *Contigit quodam tempore miraculum... Dum peregrini quidam volentes ire ad visitandum sanctum sepulcrum...*

4°) (Fol. 58v) « Miraculum. » Refertur Iudaeos, qui propter blasphemias in die nativitatis B. V. Mariae prolatas caeci facti erant, Romae in ecclesia quae dicitur « Sanctae Mariae fluentis oleum » visum recuperasse. — Inc. *Sunt in Romana civitate quatuor ecclesiae in honore sanctae Mariae mira marmoris operatione et decore constructae...*

5°) (Fol. 59) Miracula quae contigisse dicuntur ipso die quo nata est B. V. Maria, et quidem praesertim Romae; narratur etiam origo et historia ecclesiae « Beatae Mariae fluentis oleum ». — Inc. *Sed quia de ipso loco tractare coepimus, expressius adhuc de eo aliquid loquamur. Tempore quo nata est beatissima virgo Maria, tunc illuminatus est mundus...*

6°) (Fol. 59) « Miraculum ». Narratur beata mors cuiusdam presbyteri *monasterii Sanctae Mariae,* qui B. Mariae nativitatem celebrare solebat. — Inc. *In partibus nostris fuit quidam presbyter, monasterii Sanctae Mariae monachus, vir religiosus et timens Deum...*

7°) (Fol. 59) « Aliud miraculum ». Narrata sunt paucis duo miracula S. Bonifatii Moguntini, de candela divinitus accensa et de muliere quae manuum usum amiserat. — Inc. *In hoc monasterio per merita sanctae*

SEPT. *Mariae perpetuae virginis nonnulla signa dignae memoriae commendanda contigisse dubium non est. In festivitate namque beatissimi nostri patroni, Christi martyris Bonifacii archiepiscopi, inter cantandas matutinas...*

8°) (Fol. 59v) « Aliud miraculum. » Traditur B. Virgo furem coegisse ut scelus confiteretur et praedam ablatam redderet. — Inc. *Nostris etiam temporibus in eodem monte evidens et clemens signum per beatae Mariae perpetuae virginis merita est, Domino operante, patratum. Vigilia itaque primae noctis arte diabolica perforato ostio et pessulo, ingressi fures...*

9°) (Fol. 59v) « Item aliud miraculum. » De sanato puero, cuius omnium membrorum iunctura dissoluta erat. — Inc. *Priorum temporum et dierum afflictionum nobis recordantibus, per merita sanctae Mariae secundo kalendas aprilis, quae dies tunc sexta feria erat paschae...*

10°) (Fol. 59v) « Aliud miraculum. » De sanata Mehthilt puella duodenni, quae muta erat et manibus debilis. — Inc. *Eo anno quo quarto kalendas aprilis per totum orbem terrarum illuxit dies quam fecit Dominus, hoc est dies dominicae resurrectionis...*

11°) (Fol. 59v-60) « Item aliud miraculum. » De sanata puella muta et debili. — Inc. *Quanta miraculorum insignia ab eo tempore quo beatissimus Bonifacius archiepiscopus et martyr primus omnium locum hunc fundavit per merita beatae Mariae semper virginis claruerunt longe lateque, notissimum est. Nostris vero temporibus quantam misericordiam caeli super nos et super eundem locum distillaverint, cunctorum memoriae commendandum ratum duximus. In assumptione igitur beatissimae Dominae nostrae caelorum reginae multa turba collecta in praefato eiusdem sacrosanctae virginis monasterio* — Des. *et puellam hanc pedum officio privatam ad laudem et gloriam genitricis suae in pristinum statum erexit. Per omnia benedictus Deus... Amen.*

Manifestum est saltem ultima miracula (6-11) conscripta esse a quodam monacho monasterii Sanctae Mariae in Monte (Frauenberg seu Bischofsberg) prope Fuldam. Cf. fol. 59: *in monte qui vocatur Biscoffesberch in Fulda.*

22. (Fol. 60-60v) Miraculum inauditum quod evenit in Saxonia modernis temporibus in ecclesia Sanctae Mariae.

Retractatio quaedam narrationis *BHL.* 5156, ipsi quidem magnam partem ad verbum similis, quibusdam tamen additis et praesertim mutatis, ut miraculum non S. Magni sed B. V. Mariae meritis factum esse fingeretur. — Inc. *Ego peccator, nomine Othbertus, clericus, etsi vellem tegere peccatum meum, indicium esset mearum inquietudo culparum et motus cordis atque membrorum* — Des. *per totum annum cantantes et saltantes permansimus, donec per beatae Mariae Virginis merita liberati sumus. Acta sunt anno dominicae incarnationis millesimo centesimo vicesimo secundo.*

23. (Fol. 60ᵛ-65ᵛ) Passio S. Adriani mart. et aliorum. = *BHL.* 3744. Sept. 8. SEPT.

Des. *signaverunt ipsam domum Domino et sanctis eius. Denique multitudo virorum ac mulierum renuntiantes saeculo et omnibus quae illius sunt, permanserunt servientes Deo vivo et vero, cui... Amen.*

24. (Fol. 65ᵛ-72) Vita S. Corbiniani ep. Sept. 8.

Inc. prol. ut in *BHL.* 1948. — Inc. *Venerandus Dei famulus Corbinianus oriundus erat* — Des. *ad totius christianae plebis solamen gloriose collocatus est. Pro cuius precibus et meritis magnas ibi virtutes divina virtus cotidie operari dignatur, praestante... Amen.*

25. (Fol. 72-73ᵛ) Passio SS. Gorgonii et Dorothei. Sept. 9.

Inc. prol. ut in *BHL.* 3617. — Inc. *Diocletiano igitur rei publicae curam agente, tam saevae persecutionis tempestas in christianos exorta est* — Des. *Inde postea, crescente christiana religione in partibus Saxoniae, pars earundem reliquiarum Mindonensi ecclesiae quasi pro maximo munere attribuitur; ibique sanctus Gorgonius genti Saxonum per innumera beneficia patrocinatur, praestante... Amen.*

26. (Fol. 73ᵛ-74) Vita S. Salvii ep. Sept. 10.

Inc. *Beatus Salvius bonis parentibus procreatus, postquam mundialibus causis diu inhaesit, nec tamen in his concupiscentiis* — Des. *ipse sibi sarcophagum componens corpus abluit, vestem induit et sic intentus caelo beatum spiritum exhalavit. Evenit vero depositio corporis eius quarto idus septembris.* Cf. *BHL.* 7468.

27. (Fol. 74-75ᵛ) Passio SS. Prothi et Iacincti = *BHL.* 6976, 6975. Sept. 11.

28. (Fol. 75ᵛ-76ᵛ) Passio SS. Felicis et Regulae. Sept. 11.

Inc. *Multorum et innumerabilium per orbem terrarum... De cuius exercitus collegio beatus Felix cum felicissima germana sua Regula secedens* — Des. *cum magna gloria requiescunt, cubitis quadraginta portaverunt. Quo in loco et illis temporibus magnis multisque miraculis floruerunt et adhuc, si petentium fides non titubet, florere non cessant, praestante Domino... Amen. Passi sunt temporibus Diocletiani imperatoris, qui sibi ad consortium regni vel laboris olim commilitonem Maximianum Herculem caesarem fecit; coliturque celebritas passionis eorum tertio idus septembris.* Cf. *BHL.* 2891.

29. (Fol. 76ᵛ-78) Relatio de exaltatione sanctae crucis = *BHL.* 4178. Sept. 14.

Inc. *Tempore illo postquam Constantino augusto contra Maxentium properanti* — Des. *Tandem Heraclius imperator oratione peracta obtulit multa donaria...*

30. (Fol. 78-78ᵛ) Passio S. Cornelii papae = *BHL.* 1958. Sept. 14.

31. (Fol. 78ᵛ-81ᵛ) Passio S. Cypriani ep. Sept. 14.

SEPT. Inc. ut *BHL.* 2041. — Des. *Post non multos dies Galerius Marius proconsul ultione divina percussus interiit* (cf. *BHL.* 2037). *Complevit autem martyrium suum sanctus Cyprianus episcopus decimo octavo kalendas octobris, feliciter a Domino coronatus in caelis, cui... Amen.*

32. (Fol. 82-83) Vita S. Liutdrudis virg. = *BHL.* 4953. Sept. 23.

Cf. *Act. SS.*, Sept. t. VI, p. 451, num. 16-17.

33. (Fol. 83-85ᵛ) Vita S. Aurelii ep. = *BHL.* 820. Sept. 14.

34. (Fol. 85ᵛ-86) Passio S. Nicomedis mart. Sept. 15.

Ornatioribus fere verbis eadem narrantur quae in *BHL.* 6061, 6062. — Inc. *Beatissimi athletae Christi Nicomedis certamina passionis, sicut ex antiquorum relatione innotuere, temporibus nostris fidelium auribus commendantes* — Inc. *Temporibus impiissimi praesidis nomine Flacci orta est non parva persecutio* — Des. *Sanctissimum autem corpus eius in Tiberim praecipitatum... in via Numentana iuxta muros est cum honore sepultum; ubi, meritis ipsius suffragantibus, multa largiuntur beneficia petentibus, praestante... Amen.*

35. (Fol. 86-92ᵛ) Passio S. Liutmilae mart. = *BHL.* 5031. Sept. 15.

36. (Fol. 92ᵛ-96ᵛ) Passio S. Euphemiae virg. Sept. 16.

Inc. ut *BHL.* 2708. — Des. *usque in hodiernum diem. Completum est autem martyrium sanctae Euphemiae sexto decimo kalendas octobris quinto persecutionis anno Diocletiani imperatoris, regnante... Amen.*

37. (Fol. 96ᵛ-99ᵛ) Passio SS. Luciae et Geminiani = *BHL* 4987. Sept. 16.

Des. *De aqua illa, quam Dominus donavit orationibus sanctae martyris suae Luciae, si quis cum plena fide potum sumpserit, qualicumque necessitate vel infirmitate detineatur, divina cooperante virtute, levamen optatae salutis adipiscitur. Agitur autem natalis sanctorum Luciae et Geminiani sub die sexto decimo kalendas octobris, ad laudem... Amen.*

38. (Fol. 99ᵛ-105) Passio S. Lamberti. Sept. 15.

Verba in initio multo discrepant ab Vita edita *BHL.* 4677, in ultimis autem capitibus melius cum eadem concordant. — Inc. prol. *Cum ecclesiastica traditione et apostolica moneamur auctoritate ut sanctorum vitas seu virtutes devote commemoremus* — Inc. *Gloriosus martyr et aeterno regi sacerdos dilectissimus Lambertus ex insigni prosapia Traiectensi vico exstitit oriundus* — Des. *Nec minus per accensa crebrius ex divina potentia infra cubiculum, ubi felicem fudit cruorem, luminaria et per trium caecorum illuminationem ibidem perque alia multa miraculorum insignia declarare dignatus est merita ipsius Dominus...*

39. (Fol. 105-106ᵛ) Sequitur ex historia quam Rubbertus abbas edidit de vita S. Lamberti Traiectensis ep. de visione S. Lamberto

ostensa de sepelienda S. Landrada = *BHL*. 4687, num. 33-42, 61-63. **Sept.**

Des. *usque ad Pippinum tertium.*

40. (Fol. 106^{v}-108^{v}) Passio SS. Desiderii ep. et Reginfridi diac. = *BHL*. 2147. Sept. 17.

41. (Fol. 108^{v}-111^{v}) Passio ss. mm. Ianuarii Beneventanae civitatis episcopi et sociorum eius, Festi diaconi et Desiderii lectoris et aliorum quatuor = *BHL*. 4127-4130. Sept. 19.

Subiuncta est ultima sententia narrationis *BHL*. 4131.

42. (Fol. 111^{v}-112^{v}) Passio S. Ferreoli mart. = *BHL*. 2911. Sept. 18.

Inc. *Cum per diversas provincias christianorum gen<u>s Deo carum* — Des. *condiderat in ulteriore ripa Rodani. tanto opere quanta et fide. Ubi de patrociniis utriusque martyris, aeque sicut in Privatensi oppido, plebs fidelium laetatur et ad imploranda suffragia eorum sine intermissione congregatur, commendans se piis interventionibus eorum apud Dominum... Amen.*

43. (Fol. 112^{v}-115) Passio S. Faustae virg. Sept. 20.

Inc. *Sub Maximiano imperatore multi christiani passi sunt propter nomen Domini* — Des. *Populi autem christiani et ceteri viri religiosi qui aderant et viderant gloriosa virtutum Dei miracula, tulerunt corpora martyrum et condigno honore condientes aromatibus sepelierunt occulte propter metum paganorum; credideruntque multi in Christum, glorificantes et laudantes Patrem... Amen.*

44. (Fol. 115-118^{v}) Passio S. Mathaei apost. et evang. = *BHL*. 5690. Sept. 21.

Des. epilogus : *libellus qui de eorum passione scriptus est, pleniter ostendit.*

45. (Fol. 118^{v}-121) Passio SS. Thebaeorum Mauricii, Exuperii, Candidi, Victoris, Innocentii, Vitalis et sociorum eorundem = *BHL*. 5742. Sept 22.

Praemissus est prologus ut in *BHL*. 5737.

46. (Fol. 121-128) Vita et Passio S. Emmerammi ep. edita a Cyrino ep. = *BHL*. 2538. Sept. 22.

Inc. *In nomine domini nostri Iesu Christi, qui pretioso sanguine suo redimere dignatus est mundum... Erat in Aquitaniae provinciae partibus* — Des. *Nunc ergo suppliciter eundem imploro, ut intercedendo mihi misero Cyrino subveniat peccatori, quatinus eius suffragantibus meritis ita merear eum imitari, ut cum ipso quandoque valeam aeternae hereditatis partem adipisci per Dominum... Amen.*

47. (Fol. 128-130^{v}) Vita et Passio S. Teclae virg. Sept. 21.

Inc. *Cum beatus Paulus apostolus ab Antiochia veniret Yconium, fuerunt ei duo comites* — Des. *et cum bono somno dormivit in Domino.*

SEPT.

48. (Fol. 130ᵛ-132) Vita S. Solempnis ep. Sept. 24.

Inc. *Fuit quidam sacerdos, nomine et sanctitate Solempnis, natalibus nobilis* — Des. *et ad pristinam integritatem restituta. Quod videntes populi Deo gratias et laudes studiose referebant. Corpus autem beati Solempnis cum magna gloria, uti dignum erat, terrae commendatum est; ubi multa signa et virtutes per eius merita cunctis fidelibus ipsius suffragium implorantibus Dominus Deus praestare dignatur usque in hodiernum diem.* Cf. *BHL.* 7816.

49. (Fol. 132-134ᵛ) Passio S. Firmini ep. Sept. 26.

Inc. *Temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum, quando maxima rabies tyrannicae persecutionis* — Des. *Faustinianus vero, quem ipse beatus Firminus baptizaverat,... cum aromatibus et lintheis pretiosis sepelivit. In quo loco multas et innumerabiles virtutes usque in hodiernum diem operatus est Dominus... Amen.* — Inc. epil. *Sebastianus praeses non post dies multos* — Des. *Postquam autem multis virtutibus clarus et insignis enituit, sub die kalendas septembrium, cum esset quadraginta septem annorum, feliciter a saeculo migravit, regnante... Amen.* Cf. *BHL.* 3002.

50. (Fol. 134ᵛ-140ᵛ) Paenitentia Cypriani magi.

Inc. ut *BHL.* 2049. — Des. *liberavit me de morte aeterna et perduxit ad Iesum Christum dominum nostrum, cuius laus... Amen.*

51. (Fol. 140ᵛ-143ᵛ) Passio S. Cypriani ep. et S. Iustinae virg. = *BHL.* 2047, 2050. Sept. 26.

Inc. *Illuminatio domini nostri Iesu Christi salvatoris... baptizabantur. Fuit in civitate Antiochia, quae est iuxta locum qui dicitur Dafnis...*

52. (Fol. 143ᵛ-145) Passio SS. Cosmae et Damiani = *BHL.* 1970. Sept. 27.

Omisso prologo, inc. *In civitate Egea fuit temporibus Diocletiani et Maximiani mulier quaedam venerabilis ac timens Deum, nomine Theodota* — Des. *et idcirco celeriter venimus in adiutorium tui. Sed et alia multa...*

53. (Fol. 145-152) Vita S. Liebae virg., dictata a Rudolfo Fuldensis coenobii presbytero et monacho et transmissa venerabili virgini Hademutae. = *BHL.* 4845. Sept. 28.

Inc. prol. *Scripturus vitam sanctae Liebae virginis...* — Epistula postposita est Vitae.

54. (Fol. 152-154) Passio S. Wenezlai ducis Boemiorum = *BHL.* 8823. Sept. 28.

Inc. *Crescente fide christiana, larga Dei praeveniente gratia* — Des. *et dans illis mercedem profectus est una cum eis ad praefatam civitatem. Cumque venisset in ecclesiam Beati Viti et ante sepulchrum sancti Wenezlai diutius orasset, consolidata sunt ilico membra eius per omnes*

corporis partes, et surgens ab oratione gratias egit Deo et beato Wenez-lao, ob cuius merita sanitatem sibi largitus fuerat Dominus... Amen. Sept.

55. (Fol. 154-155) Revelatio S. Michaelis archangeli in monte Gargano olim facta = *BHL.* 5948. Sept. 30.

56. (Fol. 155-166) Vita S. Liutwini Trevirensis ep. = *BHL.* 4956. Sept. 29.

57. (Fol. 166-170ᵛ) Vita S. Iheronimi presb. Sept. 30.

Inc. ut *BHL.* 3870. — Des. *Tum demum cum exsultatione, sumpto cibo simulque benedictione cum camelis accepta, gratulantes ad propria remeabant negotiatores, fideliter ea quae voverant et ipsi et successores eorum multis postea temporibus persolventes* (cf. *P. L.*, t. XXII, col. 213, l. 3 sqq.)

58. (Fol. 170ᵛ-187ᵛ) Epistola B. Eusebii ad Damasum Portuensem episcopum et Theodosium Romanorum senatorem de morte gloriosissimi confessoris et doctoris Iheronimi = *BHL.* 3866.

59. (Fol. 187ᵛ-190ᵛ) Epistola B. Augustini episcopi et doctoris ad B. Cyrillum secundum episcopum Iherosolomitanum de magnificentia B. Iheronimi confessoris et doctoris = *BHL.* 3867.

60. (Fol. 190ᵛ-205) Epistola S. Cyrilli Iherosolomitani episcopi ad B. Augustinum episcopum doctorem eximium de miraculis B. Iheronimi doctoris egregii = *BHL.* 3868.

61. (Fol. 205-205ᵛ) Passio S. Reginae virg. et mart. = *BHL.* 7095. Sept. 7.

62. (Fol. 205ᵛ-206) Vita S. Audomari Tarvanensis ep. Sept. 9.

Vincentius Bellovacensis, *Spec. hist.*, xxiv, 108, 109. — Inc. *Temporibus Constantis sive Constantini imperatoris sanctus Audomarus ex nobilibus* — Des. *sepultum. Dum corpus sancti Vedasti transferretur... est excaecatus.* Prima enim sententia c. 108 post c. 109 transposita est.

63. (Fol. 206-207) Vita S. Otgeri diaconi = *BHL.* 6269. Sept. 10.

64. (Fol. 207-208ᵛ) Vita S. Nicolai de Tolentino conf. = *BHL.* 6236. Sept. 10.

65. (Fol. 208ᵛ-210ᵛ) Vita S. Maurilii ep. Andegavensis. Sept. 13.

Vincentius Bellovacensis, *Spec. hist.*, xviii, 20-27. — Inc. *Temporibus imperatoris Theodosii senioris sanctus Maurilius Andegavensis episcopus, Mediolanensis oppidi indigena...*

66. (Fol. 210ᵛ-216ᵛ) Vita S. Barsanofii conf. = cod. 348 (supra, p. 275[32]). Sept. 13.

De qua *Act. SS.*, April. t. II, p. 23-24, num. 6-11, et p. 957 E F.

67. (Fol. 216ᵛ-217) Relatio de translatione eiusdem = *BHL.* 1000.

Ex hoc codice edita.

68. (Fol. 217-218) Passio S. Evergisli ep. et mart. = *BHL.* 2369. Sept. 14.

SEPT. **69.** (Fol. 218-218v) Vita S. Goerici Mettensis ep. et conf. Sept. 19.

VINCENTIUS BELLOVACENSIS, *Spec. hist.*, XXIV, 74. — Inc. *Temporibus Heraclii imperatoris sanctus Goericus primo quidem miles...*

70. (Fol. 218v-225) Vita et Passio S. Lendelini mart. = *BHL.* 4699. Sept. 21.

71. (Fol. 225-225v) De S. Florentio conf. Sept. 22.

VINCENTIUS BELLOVACENSIS, *Spec. hist.*, XIV, c. 100, 101. — Inc. *Tempore Constantini magni imperatoris floruit beatus confessor Christi Florentius; qui quondam post beati Floriani martyris excessum...*

72. (Fol. 225v-226) Vita S. Salabergae virg. et abb. Sept. 22.

IBID., XXIV, 30. — Inc. *Temporibus Heraclii imperatoris sancta Salaberga abbatissa in suburbano Leucorum oppido, territorio Lingonico confini...*

73. (Fol. 226-229) Vita S. Liutrudis virginis ritmice scripta a Theoderico Trevirorum archipraesule = *BHL.* 4952.

Deest ultima periodus (*Ipse tribuat...*). Cf. *Act. SS.*, Sept. t. VI, p. 451, num. 16.

74. (Fol. 229v-238v) Vita S. Elzearii confessoris comitis Ariani = *BHL.* 2523. Sept. 27.

Ex hoc praesertim codice ed. in *Act. SS.*

75. (Fol. 238v-240) Vita S. Ladizlai conf. = *BHL.* 4670.

Des. *Pauper vero miles ad sepulcrum humiliter accedens quod suum erat Deo gratias agens accepit.*

76. (Fol. 240-247v) Vita S. Hildegardis virg. et abb. = *BHL.* 3927. Sept. 17.

Hoc codice usus est Stiltingus in edenda Vita in *Act. SS.* — Deest prologus. — Reliquis omissis, des. *quaerenda essent* (= *Act. SS.*, Sept. t. V, p. 690, num. 35 extr.).

77. (Fol. 247v-249v) De testimonio miraculorum S. Hildegardis, quae Dominus eius meritis operatus est tam in vita eius quam post mortem.

Inquisitionis *BHL.* 3932 recensio illa imperfecta, quae ex hoc codice edita est *Act. SS.*, t. c., p. 697-700.

78. (Fol. 249v-251v) Passio S. Alexandri ep. et mart. = *BHL.* 273. Sept. 21.

79. (Fol. 251v-253) Passio S. Ferrucii mart. cum prologo Meginnardi ab. = *BHL.* 2914. Sept. 28.

Post prologum, omissis c. 1-9, inc. *In exercitu candidato...* Cf. *Act. SS.*, Oct. t. XII, p. 542, annot. *b*.

80. (Fol. 253-254) Passio S. Prisci mart. = *BHL.* 6930. Iun. 7.

81. (Fol. 254-256v) Vita S. Sergii papae = *BHL.* 7597. Sept. 7.

82. (Fol. 256^v-258) Vita S. Romarici ab. = *BHL.* 7322. Dec. 7. **Sept.**
83. (Fol. 258^v-261) Vita S. Amati ab. = *BHL.* 358. Sept. 13.
84. (Fol. 261-262) Vita S. Adelfi ab. et conf. = *BHL.* 73. Sept 13.

Ceteris omissis, des. *nullum hominum ibidem reperit* (*Act. SS.*, Sept. t. III, p. 816, num. 8, annot. *m*).

85. (Fol. 262-264^r) Vita S. Apri ep. = *BHL.* 616, 5216. Sept. 15.
86. (Fol. 264^v-269) Vita S. Goerici Metensis ep. et conf. = *BHL.* 3607. Sept. 19.
87. (Fol. 269-270^r) Passio ss. virg. Dignae et Emeritae martyrum = *BHL.* 2163. Sept. 23.
88. (Fol. 270^v-271^r) Passio ss. mm. Fidentii et Therentii. Sept. 27.

De qua *Act. SS.*, Sept. t. VII, p. 479, num. 4. (ex ms. S. Maximini Treverensis). — Inc. *In illis diebus persecutio erat christianorum. Temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum furor talis ac sacrilegus exortus est* — Des. *Quinto kalendas octobris decollati sunt sancti et sepulti sunt in loco qui appellatur Mer in territorio Martano; ubi praestantur beneficia sanctorum usque in hodiernum diem, regnante... Amen.*

89. (Fol. 271^v-274^r) Passio S. Geronis presb. et mart. = *BHL.* 3862. Aug. 17.
90. (Fol. 274^v-276) Vita S. Cassiani ep. et conf. = *BHL.* 1631. Aug. 5.

Omissus est prologus et pauca quaedam alia.

OCTOBER

CODEX BRENKENSIS 7

Membraneus, foliorum sign. 306 [omissis numeris 170, 221, 231] (0^m,396 × 0,273), paginis bipartitis exaratus saec. XV. Perierunt iam pridem folia 105-120.

Fol. 306^v manu saec. XVI/XVII: *Liber canonicorum regularium in Bodeken.*

In altero ex tribus foliis chartaceis codici praemissis descriptus est saec. XVIII index Vitarum.

In principio codicis insertum est, non tamen conglutinatum, folium 1 tomi iunii. Cf. supra, p. 310.

1. (Fol. 1-9) Vita S. Remigii Remorum ep. = *BHL.* 7152, 7155, 7156.

Nonnulla omissa sunt. — Des. *crepuit medius et mortuus est.* (= ed. Krusch, p. 325, l. 24).

2. (Fol. 9-10) De secunda translatione S. Remigii ep.

Narratio e tribus libris excerpta. Incipit a capite 29 Vitae Hincmarianae

OCT. (= *BHL*. 7157), paucis omissis vel mutatis (des. *quas propter pluralitatem sui supersedimus enumerare singulatim*; cf. ed. KRUSCH, p. 326, l. 22/23). — Tum, interposita hac sententia : *Nonnulla tamen miraculorum experimenta, quae nostris diebus per venerabilem Christi sacerdotem ostensa sunt, breviter exsequemur*, sequitur ultima pars cap. 20 libri I *Historiae Remensis* auctore Flodoardo : *Quidam Wernherus... ab huiusmodi sese cohibuerunt praesumptione* (cf. *MG*., Scr. t. XIII, p. 436, l. 45 - p. 437, l. 32). — Demum venit narratio *BHL*. 7165, quae des. *honorem praepositurae consecutus, in eodem officio voluntati* (*-tem* ante corr.) *quidem fratrum obsecundare, sed ante omnia summo Regi studuit complacere, cuius regnum et imperium permanet in saecula saeculorum. Amen.*

3. (Fol. 10-14ᵛ) Passio S. Leodegarii ep. Oct. 2.

Inc. *Gloriosus ac praeclarus Leodegarius urbis Augustudunensis episcopus, qui christianorum temporibus effectus est martyr novus, sicut terrena generositate nobiliter exstitit ortus* — Des. *His et aliis innumeris virtutibus glorificatus apud homines praedicabilis martyr Christi Leodegarius collocatus est tandem honorifice in basilica mirae magnitudinis, quam praedictus abbas Audulfus pater eiusdem monasterii iussu domini Ansoaldi episcopi fabricari fecerat; cuius nimirum fabricae aedificium dissimile est constructioni omnium basilicarum. Ad quem locum multae matronae nobiles velamina palliorum ex holoserico facta deferentes super tumbam beati viri proiciunt in tantum ut illa melior se esse confidat in meritis, quae prior votum suum obtulerit in honore tam pretiosi martyris. Ibi etiam ad laudem nominis Christi fit paene cotidie laetus recursus populi, medela languentium, indulgentia peccatorum et omnibus qui ex fide adeunt precum suarum conceditur obtinere supplementum, praestante Domino... Amen*. Cf. *BHL*. 4853.

4. (Fol. 14ᵛ-15) Passio duorum Ewaldorum presbyterorum. Oct. 3.

Inc. *Temporibus pristinis, praesidente Sergio papa viro venerabili et apostolico, regnante vero Pippino rege* (cf. *BHL*. 2805) — Des. *qui usque in hodiernum diem copiosa sanitatum dona diversis hominum infirmitatibus larga ubertate profundat, praestante Domino... Amen.*

5. (Fol. 15-16ᵛ) Passio S. Fidis virg. Oct. 6.

Inc. *Sancta Fides Aginnensium civitatis oriunda ex nobilibus et splendidissimis parentibus procreata fuit* — Des. *cum quibus immortalitatis stola decorati et corona immarcessibilis gloriae laureati inenarrabili claritate perfruuntur.* — (Sequitur appendix) *Corpora autem eorum tormentis variis excruciata infidelis gentilitas in platea reliquit* — Des. *Quorum meritis ad salutem omnium credentium innumera ibidem caelitus praestantur miraculorum beneficia, praestante Domino... Amen.*

6. (Fol. 16^v-19^v) Passio SS. Sergii et Bachi = *BHL.* 7599. Oct. 7. OCT.

Des. *persistunt in eodem loco una cum populis obsequentes praeceptis Domini, cui est honor... Amen.*

7. (Fol. 19^v-20) Passio S. Iustinae virg. Oct. 7.

Inc. *Beata Iustina a christianis parentibus oriunda atque inter generosas feminas et praeclaras famosissima* — Des. *Haec pauciora de multis, rariora de densis, notiora de certis, dicta sufficiant a nobis, quia utique stilus noster magis voluit multis pauca patefacere cum desiderio legenda de huius beatae virginis passione, quam paucis multa cum fastidio legenda vel audienda commendare. Martyrizata est autem... Amen.* Cf. *BHL.* 4572.

8. (Fol. 20-21) Passio S. Reparatae virg. Oct. 8.

Inc. *Sub Decio imperatore facta est immanis persecutio christianorum. Erat tunc in civitate Caesariense virgo quaedam, nomine Reparata, annorum duodecim* — Des. *et conditum aromatibus sepelierunt octavo idus octobris, regnante Domino... Amen.* Cf. *BHL.* 7183.

9. (Fol. 21-21^v) Epistula piissimi Augusti domini Ludewici ad Hildewinum... = *BHL.* 2172.

10. (Fol. 21^v-24^v) Rescriptum Hildewini abbatis ad dominum invictissimum imperatorem Ludewicum... = *BHL.* 2173.

11. (Fol. 24^v-25) Epistula Hildiwini abbatis ad cunctos sanctae matris Ecclesiae catholicae filios et fideles... = *BHL.* 2174.

12. (Fol. 25-34) Passio sanctissimi Dionysii, qui a loco Ariopagita... = *BHL.* 2175. Oct. 9.

13. (Fol. 34-34^v) Revelatio quae ostensa est sancto papa<e> Stephano et memoria de consecratione altaris... = *BHL.* 2176.

14. (Fol. 35-37) Passio S. Narcissi Hispaniarum ep. Oct. 29.

Inc. *Scriptum est in historiographorum voluminibus quod duae sint Hispaniae regiones... Igitur in orientali Hispania, civitate Gerunda, orta est tempestas christianae persecutionis* — Des. *caelestia regna penetrare meruerunt. Sepulti tandem in civitate Gerunda quarto kalendas novembris sunt omnibus se invocantibus maximum suffragium et perpetuae vitae subsidium, praestante Domino... Amen.*

15. (Fol. 37-39^v) Passio SS. Gereonis, Victoris, Cassii, Florentii et sociorum eorundem = *BHL.* 3446. Oct. 10.

Fol. 39 inter verba *laeti pro scelere perpetrato regressi sunt* (= *Act. SS.*, num. 16 sub init.) et *Eodem tempore de Mauritania* (= ibid.) insertum est lemma : ATTITULACIO PASSIONIS SANCTORUM MAURORUM MILITUM.

16. (Fol. 39^v-41^v) Passio S. Kalisti papae = *BHL.* 1523. Oct. 14.

Des. *per pontem praecipitari. Quem inventum Dei nutu apud Hostiam quidam christiani sepelierunt in eadem civitate sub die XIV kalendarum*

OCT. *novembrium. Sedit autem in episcopatu beatus Calistus annos septem, menses duos, dies decem, regnante Domino... Amen.*

17. (Fol. 41^v-43) Vita S. Burchardi ep. = *BHL.* 1483. Oct. 14.

18. (Fol. 43-62) Walhfridi Augiensis abbatis Vita S. Galli conf. = *BHL.* 3247-3249. Oct. 15.

19. (Fol. 62-69^r) Vita S. Lulli Mogonciensis archiep., successoris sacratissimi martyris Bonifacii = *BHL.* 5066. Oct. 16.

20. (Fol. 69^v-71^v) Vita S. Lucae evangelistae edita a Iohanne, qui et Marcus = *BHL.* 4973. Oct. 18.

21. (Fol. 71^v-74) Relatio de conversione et paenitentia S. Pelagiae, quae et Margarita dicebatur = *BHL.* 6605. Oct. 19.

Deest prologus interpretis. — Inc. prol. *Qualiter Pelagia de prostibulo ad caelestia regna migraverit, quod factum est signum, immo miraculum* (cf. *BHL.* 6606). — Des. *et cum magno honore sepelierunt illud in monte Syon. Haec vita meretricis...*

22. (Fol. 74-77) Passio ss. undecim milium virginum = *BHL.* 8428, 8429. Oct. 21.

23. (Fol. 77-78) Passio S. Cordulae virg. = *BHL.* 8430. Oct. 22.

24. (Fol. 78-82^v) Passio undecim milium virginum secundum revelationem cuiusdam (*cod.*-dem) sanctimonialis virginis, Elizabeth nomine = *BHL.* 8435.

25. (Fol. 82^v) Tituli excellentiores qui cum sanctorum corporibus inventi sunt hunc habebant modum = *BHL.* 8436.

26. (Fol. 82^v-83^v) Epistola B. Iheronimi presb. de muliere septies percussa, cuius memoria colitur duodecimo kalendas novembris.

P. L., t. XXII, col. 325 sqq. — Des. *percipere meruit in siderea mansione.*

27. (Fol. 83^v-85^v) Tractatus B. Iheronimi de captivo quodam monacho, nomine Malcho = *BHL.* 5190. Oct. 21.

Inc. prol. *Qui legis, imitare quod legis. Qui navali praelio...*

28. (Fol. 85^v-92^v) Vita S. Hilarionis primo quidem ab Epifanio episcopo breviter descripta, sed postmodum a B. Iheronimo luculentius et latius edita = *BHL.* 3879. Oct. 21.

Des. *quia locum illum plus dilexerat, in quo multas virtutes fecerat per Christum. Amen.*

29. (Fol. 92^v-94) Liutolfi presbyteri Vita S. Severi Ravennatis ep. = *BHL.* 7681. Oct. 22.

30. (Fol. 94-95^v) Libellus de translatione SS. Severi ep., Vincentiae atque Innocentiae = *BHL.* 7682.

31. (Fol. 95^v-97^v) Vita S. Severini Coloniensis archiep. = *BHL.* 7647. Oct. 23.

32. (Fol. 97ᵛ-98ᵛ) Vita S. Venantii ab. = *BHL.* 8526. Oct. 23. **Oct.**

Des. *migravit a saeculo. Cuius beatum sepulcrum miraculorum signis illustre effectum plerumque redditur gloriosum, per Dominum... Amen.*

33. (Fol. 98ᵛ-100) Passio ss. innumerabilium Caesaraugustanorum martyrum, qui passi sunt sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus die nono kalendarum novembrium = *BHL.* 1505.

Inc. (post prol.) *Temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum in mundi ambitu sacrilega institutione iussa mandata sunt...*

34. (Fol. 100-102) Passio SS. Crispi (*corr.* Crispini) et Crispiniani = *BHL.* 1990. Oct. 25.

Inc. *Cum sub Maximiano atque Diocletiano, qui truculenta Romani pariter imperii potiti sunt potestate* — Des. *ut postmodum inquisita patuit veritate. Quo in loco christiani postea magnam aedificaverunt basilicam, in qua... Amen.*

35. (Fol. 102-104) Passio S. Miniatis mart. Oct. 25.

Inc. *Temporibus impiissimi Decii imperatoris, qui Romanam rempublicam uno anno gubernavit, saevissima orta est persecutio christianis* — Des. *Depositum autem corpus beatissimi martyris Miniatis et sepultum in eodem loco a christianis multa fidelibus confert sanitatum subsidia confitentibus atque laudantibus nomen domini nostri Iesu Christi, qui cum Deo Patre... Amen.*

36. (Fol. 104-104ᵛ) Passio ss. apost. Simonis et Iudae = *BHL.* 7749. Oct. 27.

Foliis perditis, des. mutila: *nos autem diligimus inimicos nostros et benefacimus* (= Mombritius, fol. 295ᵛ, col. 2 med.)

37. (Fol. 121-122ᵛ) <Vita S. Wolfgangi>.

Foliis perditis, inc. mutila : *legatus obtulit coram omnibus, exquirens ab eis diligenter cuius idem foret equus* (= *Act. SS.*, c. xxxi sub fin.) — Des. *Deum et sanctos eius laudavit, qui cum eo vivu<n>t et regnant in saecula saeculorum. Amen.*

38. (Fol. 122ᵛ-123ᵛ) Vita S. Aureae virg. et abb. = *BHL.* 817. Oct. 4.

39. (Fol. 123ᵛ) Vita S. Magnobodi Andegavensis ep. et conf. Oct. 16.

Vincentius Bellovacensis, *Spec. hist.*, xxiv, 38. — Inc. *Temporibus Heraclii imperatoris sanctus Magnobodus Andegavensis episcopus claruit; cuius festum...*

40. (Fol. 123ᵛ-124) Vita S. Basoli Remensis anachoritae. Oct. 15.

Vincentius Bellovacensis, *Spec. hist.*, xxii, 116. — Inc. *Temporibus imperatoris Iustini iunioris sanctus Basolus in territorio Lemovicino ortus...*

OCT. **41.** (Fol. 124-124v) Vita S. Ethbini S. Sampsonis discipuli. Oct. 19.

VINCENTIUS BELLOVACENSIS, *Spec. hist.*, XXII, 114 et 115. — Inc. *Temporibus imperatoris Iustini iunioris sanctus Ethbinus in Brittanniae partibus natus fuit et in domo...*

42. (Fol. 124v-125) Vita S. Maglorii Dolensis ep. et conf. Oct. 24.

VINCENTIUS BELLOVACENSIS, *Spec. hist.*, XXII, 121. — Inc. *Temporibus imperatoris Iustini iunioris sanctus Maglorius, quasi magna gloria...*

43. (Fol. 125-126) Vita S. Pharonis Meldensis ep., fratris S. Pharae virg. Oct. 28.

VINCENTIUS BELLOVACENSIS, *Spec. hist.*, XXIV, 17-19. — Inc. *Temporibus Heraclii imperatoris sanctus Pharo Meldensis episcopus claruit. Quem pater eius praestantissimus Hagnericus tirocinii tempore...*

44. (Fol. 126-153v) S. Bonaventurae Vita S. Francisci conf. = *BHL.* 3107. Oct. 4.

45. (Fol. 153v-162v) Miracula S. Francisci post mortem eius ostensa = *BHL.* 3109.

46. (Fol. 162v-171) Minor legenda B. Francisci = *BHL.* 3110.

47. (Fol. 171-172) De translatione B. Francisci.

Est hoc ipsum ultimum caput Vitae *BHL.* 3107, quod iam semel descriptum est supra, fol. 152-153v

48. (Fol. 172-184) Haec sunt quaedam scripta per tres socios B. Francisci de vita et conversatione eius in habitu saeculari, de mirabili et perfecta conversatione ipsius et de perfectione originis et fundamenti ordinis in ipso et in primis fratribus, et hoc per hunc modum sequentem = *BHL.* 3114.

49. (Fol. 184v-213v) Speculum perfectionis status Fratrum Minorum = *BHL.* 3120 (inc. a).

50. (Fol. 213v-248) Actus quidam mirabiles B. Francisci et sociorum eius primorum = *BHL.* 3121.

Ed. P. SABATIER, *Actus B. Francisci et sociorum eius* (Paris, 1902), p. 1-191, c. 1-65.

51. (Fol. 248-250) Humilia verba sacrae admonitionis venerabilis patris nostri S. Francisci ad omnes fratres S. Francisci.

Ed. inter *Opera sancti patris Francisci Assisiensis* (Quaracchi, 1904), p. 3-19.

52. (Fol. 250-251) Opusculum S. Francisci monitorum.

Ed. ibid., p. 87 - p. 95, l. 6.

53. (Fol. 251) De paenitentia et correctione.

Altera pars eiusdem opusculi, ed. ibid., p. 95, l. 7 - p. 96, l. 10 (*et ignoratis*).

54. (Fol. 251-251v) De infirmo qui male paenitet.

Ultima pars eiusdem opusculi, ed. ibid., p. 96, l. 10 (*Infirmatur...*) - p. 98.

55. (Fol. 251^{r}-252^{v}) <Litterae S. Francisci ad omnes fratres>. OCT.

Ed. ibid., p. 99 - p. 107, l. 6.

56. (Fol. 252^{v}) Oratio quaedam.

Ed. ibid., p. 107, l. 7 sqq.

57. (Fol. 252^{v}) De reverentia corporis Domini et de munditia altaris.

Ed. ibid., p. 22-23.

58. (Fol. 252^{v}-253) Commendatio virtutum.

Ed. ibid., p. 20-21.

59. (Fol. 253) De constantia militis qui intravit Ordinem Minorum.

Ed. P. SABATIER, *Actus B. Francisci et sociorum eius*, p. 192, cap. 66.

60. (Fol. 253-256^{v}) Vita S. Maynulphi diacôni et confessoris post ceteros novissime collecta et edita per venerabilem dominum Gobelinum Persoen decanum Bijlveldiensem = *BHL*. 5883. Oct. 5.

Edita in *Act. SS.* ex hoc ipso codice, cuius apographum prelo paratum servatur in cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 379-390.

61. (Fol. 256^{v}-259^{r}) Hic sequitur processus translationis et reformationis monasterii Budecensis.

Ed. MAX JANSEN, *Cosmidromius Gobelini Person und als Anhang desselben Verfassers: Processus translationis et reformationis monasterii Budecensis* (Münster, 1900), p. 231-43. In edendo opusculo usus est Jansen (cf. p. LV) non hoc codice olim Bodecensi, iam Brenkensi 7, sed codice Brenkensi 9, de quo in appendice III.

62. (Fol. 260-266) Vita S. Bavonis conf. = *BHL*. 1051. Oct. 1.

63. (Fol. 266-270) De SS. Tirso et Palmatio martyribus ac sociis = *BHL*. 8284. Oct. 4.

Deest prologus.

64. (Fol. 270-272^{v}) Vita S. Amoris conf. = *BHL*. 392. Oct. 8.

Deest prologus.

65. (Fol. 272^{v}) De S. Aurelia, quae fuit una de undecim milium virginum = *BHL*. 818. Oct. 15.

66. (Fol. 272^{v}-274) Vita S. Petri abbatis Clarevallis.

VINCENTIUS BELLOVACENSIS, *Spec. hist.*, XXX, 28-32. — Inc. *Temporibus Frederici primi imperatoris florebat beatus Petrus*... Cf. supra, p. 279^{23}.

67. (Fol. 274-274^{v}) Passio S. Foillani ab. = *BHL*. 3211. Oct. 31.

Inc *Post excessum beati viri Fursei*...

68. (Fol. 275-276) Translatio S. Augustini ep. et conf., gloriosi patris nostri = *BHL*. 794. Oct. 11.

Inc. *Defunctus beatus Augustinus*...

OCT. **69.** (Fol. 276-281) Passio ss. mm. Tharaci, Probi et Andronici = *BHL.* 7981, 7982. Oct. 11.

70. (Fol. 281v-282v) Vita S. Lubentii presb. et conf. = *BHL.* 4968. Oct. 13.

Inc. *Beatus igitur Lubentius...*

71. (Fol. 282v-285) Passio S. Fortunatae virg. = *BHL.* 3082. Oct. 14.

72. (Fol. 285-288) Roberti abbatis Passio S. Eliphii mart. = *BHL.* 2482. Oct. 16.

73. (Fol. 288-289v) Qualiter corpus B. Amandi in locum quo nunc requiescit fuerit translatum et de dedicatione basilicae ac de ordinatione episcopatus ipsius = *BHL.* 342. Oct. 26.

Des. *Quod etiam patefecit incorruptione membrorum suorum incontaminatum inventum honorabile corpus.* Cf. supra, p. 268[15].

74. (Fol. 289v-290v) Vita S. Feliciani ep. et mart. (mart. *al. man. sup. ras.)* = *BHL.* 2849. Oct. 20.

75. (Fol. 290v-296) Vita S. Gummari conf. = *BHL.* 3694. Oct. 11.

76. (Fol. 296-300) Vita et honesta cônversatio dominae Dorotheae de Prutzia, quae honestissimam vitam gessit in quolibet suae vitae statu, et de austerissima vita quam duxit in inclusorio, ut liquet in sequentibus = *BHL.* 2329. Oct. 30.

77. (Fol. 300-304) Miracula quae ad invocationem B. Dorotheae viduae et inclusae de Prutzia per dominum nostrum Iesum Christum sunt misericorditer facta = *BHL.* 2333.

Inc. prol. *Dominus Deus docuit...*

78. (Fol. 304-304v) Transitus S. Marsi presb. et conf. Oct. 6 (1).

Inc. *Hodie beatus Marsus digna laborum suorum praemia percepit* — Des. *et ibi* (id est Autisiodori) *corpus eius honorifice traditur sepulturae. Pluribus annis elapsis, corpus praedicti confessoris ad Assindensem ecclesiam transfertur et per Mechtildim ibi abbatissam et sororem Ottonis ducis Saxonum in capsa deaurata et lapidibus pretiosis deornata digne imposita maiori altari honorifice reservatur.* — Brevissima laudatio, in qua de gestis S. Marsi nihil traditur quod ex Vita S. Peregrini (*BHL.* 6623) non sit notum. De translatione quae in ultimis verbis commemorata est cf. *Act. SS.*, Oct. t. II, p. 389-90, num. 17 sqq.

79. (Fol. 304v-305v) Vita S. Notburgis virg. = *BHL.* 6244. Oct. 31.

Omisso prologo, inc. *Fuit vir quidam...*

80. (Fol. 305v-306v) Legenda translationis B. Severini archiep. Coloniensis = *BHL.* 7648.

Deest prologus. — Pagella non impleta, des. *quandoquidem et testimoniis elementorum idem vellet et Severinus.*

(1) *Cuius festum colitur pridie nonas octobris.* Ita lemma.

Nov.

NOVEMBER

(Videtur periisse)

A. (Fol. 12...) Passio S. Eustochiae virg. = *BHL.* 2775. **Nov. 1.**

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8930, fol. 68-69v. Ex quo et aliis Passio edita est in *Act. SS.*

B. (Fol. 90...) Vita S. Ydae viduae = *BHL.* 4143. **Nov. 26.**

Edita ex hoc cod. in *Act. SS.* — Apographum in cod. 138 Bibl. Bollandianae; cf. etiam ibid., cod. 158, p. 157.

C. (Fol. 122v...) Vita S. Vitoni ep. Virdunensis = cod. 329[14] (cf. supra, p. 268). Nov. 9.

Apographum tum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8936, fol. 96-98, tum in codice Aurelianensi 277 *bis* (catal. 328), fol. 113.

D. (Fol. 148v...) <Passio> S. Chrysogoni mart. = *BHL.* 1795.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8953, fol. 292-292v. Exscriptus est solus prologus cum primis sententiis Passionis. Sequebatur narratio *BHL.* 118 (cf. fol. 292v).

E. (Fol. 156v...) Passio S. Alexandri ep. et mart. Nov. 28.

Apographum in cod. 167 Bibl. Bollandianae. — Ex martyrologio Adonis, ad d. 26 novembris. Inc. *Temporibus Antonini imperatoris beatus Alexander episcopus famosissimus exstitit in miraculis. Cui quodam tempore...*

F. (Fol. 157...) Vita S. Conradi Constantiensis ep. et conf. = *BHL.* 1917.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8955, fol. 267-268v.

G. (Fol. 160v...) Passio S. Iacobi Intercisi mart. = *BHL.* 4100. Nov. 27.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8957, fol. 15-15v.

H. (Fol. 179...) Vita S. Petri Ravennatis archiep. et conf. = *BHL.* 6770.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8961, fol. 207-209.

I. (Fol. 201...) Visio Tundali.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8930, fol. 77. Exscriptus est solus prologus cum primis verbis visionis.

K. (Fol. 228...) Passio S. Isicii. Nov. 18.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8947, fol. 170. — Inc. *Adhuc sancti Isicii palatini certamen victoriaque pandenda est. Diocletianus et Maximianus imperatores, cum subiectum sibi in palatio Isicium* — Des. ut *BHL.* 3861.

Nov. **L.** (Fol. 245...) Vita B. Hugonis Linconiensis praesulis de ordine Carthusiensium electi. Nov. 17.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8946, fol. 177-177ᵛ. — Epitome, quae inc. *Beatus Hugo nobilibus religiosisque parentibus de Castro Anelanae civitatis* — Des. *Eius meritis et precibus nos omnes, qui eius vitam sequimur, gloriam aeternam consequi mereamur, praestante...*

M. (Fol. 248...) Vita S. Odonis ab. Cluniacensis = cod. 354[16] (cf. supra, p. 279). Nov. 19.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8947, fol. 76-77.

N. (Fol. ...) « Incipit prologus Tangmari presb. in Vita S. Bernwardi etc. » = *BHL.* 1253.

Hoc lemma in eodem codice, fol. 77, continuo sequitur Vitam S. Odonis. Attamen in cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 356-357, recensetur Vita S. Bernwardi inter eas quae in tomis mensium februarii et decembris legebantur.

O. (Fol. ...) Passio S. Benedicti, qui et Marculus dicebatur = *BHL.* 5271.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8955, fol. 93-94. — Des. *in sacerdotio coronatus martyrio, in caelesti gloria sublimatur a Domino, cui est honor... Amen.*

P. (Fol. ...) Vita S. Briccii ep. et conf. = *BHL.* 1453. Nov. 13.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8942, fol. 113.

Q. (Fol. ...) <Vita S. Elisabeth landgraviae Thuringiae> = *BHL.* 2498.

Variae lectiones ex « passionali pergameno Bodecensis coenobii » in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8949, fol. 56-68. Cf. A. Huyskens, in *Historisches Jahrbuch*, t. XXVIII (1907), p. 733; Id., *Quellenstudien zur Geschichte der hl. Elisabeth* (Marburg, 1908), p. 33.

R. (Fol. ...) De miraculis <S. Elisabeth>.

Fragmentum libelli *BHL.* 2499. — Apographum in eodem codice, fol. 69-70ᵛ. Cf. Huyskens, ll. cc.

S. (Fol. ...) Vita S. Ethmundi ep. et conf., Canthuariensis archiep. = cod. 348[12] (cf. supra, p. 272). Nov. 16.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8945, fol. 75-80ᵛ.

T. (Fol. ...) Vita S. Florentii ep. et conf. = *BHL.* 3044. Nov. 7.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8935, fol. 60-61 (1); cf. etiam cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 357.

(1) Narrationem, quae in eodem codice, fol. 64-65, manu Godefridi Henschenii exarata est, credat quispiam ex codice Bodecensi esse exscriptam, cum lemma ab Henschenio praefixum sit : « Vita ex ms. Bodecensi et breviario Argentinensi ». Reapse autem hoc est lemma Vitae quam Henschenius in *Actis Sanctorum* post commentarium praevium (qui legitur fol. 48-56) edendam paraverat; quam ex

V. (Fol. ...) Vita S. Francisci Assisiensis = *BHL.* 3107. Nov.

Variae lectiones huius exemplaris in cod. 156 Bibl. Bollandianae, p. 154.

X. (Fol. ...) Passio S. Mariani diac. et mart. = *BHL.* 5524. Nov. 4.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8930, fol. 243-244v; cf. etiam cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 357.

Y. (Fol. ...) Vita S. Probi Ravennatis ep. = *BHL.* 6945. Nov. 10.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8936, fol. 199-200.

Z. (Fol. ...) Vita S. Severini Trevirensis ep. = *BHL.* 7652. Nov. 1.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8979, fol. 133-133v, 135; cf. cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 357. — Des. *ariditas irrigatur. Nec hoc silebo quod ad tumulum eius frequenter ab illic orantibus odor chrismatis sentitur, et alia beneficia incessanter ibi percipiuntur, glorificante servum suum Christo, qui coaeternus Patri vivit... Amen.*

Praeterea recensentur in cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 357, tamquam quae in hoc tomo novembri sint inventae

AA. (Fol. ...) <Vita et miracula S.> Leonardi.

Annotatum est autem : « C(onferatur) cum Abdingh(ofensi) » [id est forsan cum codice iam Treverensi, bibliothecae ecclesiae cathedralis sign. 62, saec. XII, in quo legitur (fol. 55-74v) retractatio quaedam Vitae *BHL.* 4862 et miraculorum *BHL.* 4878, 4873, 4874 a Walerammo ep. Naumburgensi composita (1)] « miracula eadem hic, praemissis aliis ».

BB. (Fol. ...) <Vita S.> Pirminii.

CC. (Fol. ...) <Vita S.> Willehadi ep. Brem(ensis) (cf. *BHL.* 8898).

DECEMBER

(Videtur periisse)

A. (Fol. 10...) [Passio *del. postea*] S. Materniani Remorum ep. = *BHL.* 5677.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 7773, fol. 391-393v.

duabus partibus composuerat, priore hic (fol. 64-65) exscripta ex veteri Breviario Argentinensi (= *BHL.* 3045 usque ad verba : *sustinendam commisit* = SCHMIDT, p. 285, l. 7), altera autem (inde ab *Interea Dei ;* cf. fol. 65 extr. et fol. 60v in.) ex ultimis paragraphis apographi Bodecensis (seu Vitae *BHL.* 3044) repetenda.

(1) Ed. in *Act. SS.*, Nov. t. III, p. 173-82.

DEC. **B.** (Fol. 11...) Passio S. Amsani = *BHL.* 515. Dec. 1.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8961 fol. 167-168.

C. (Fol. 13...) Passio S. Pigmenii presb., Fausti, Dafroxae, Demetriae, Vivianae. Dec. 2.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 3196, fol. 398-398v. — Inc. *Sub Constantino augusto et Gallicano duce, Romani* — Des. *Qui etiam frequenter illuc veniens cum presbyteris et diaconibus aliisque fidelibus domino nostro Iesu Christo sacrificium offerebat, cui... Amen.* Cf. *BHL.* 1322.

D. (Fol. 19...) Illatio S. Benedicti ab. = *BHL.* 1122. Dec. 3.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 3196, fol. 50-52. — Deest prologus. Verba nonnulla sunt mutata.

E. (Fol. 75...) Passio S. Savini ep. et mart. Dec. 7.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8990, fol. 14-15. — Inc. *Imperante Maximiano augusto factus est conventus innumerabilis populi coram ipso* — Des. *et sepelivit... sub die VII idus decembris; in quo loco exuberant beneficia domini nostri Iesu Christi, cui est... Amen.* Cf. *BHL.* 7451-7454.

F. (Fol. 82...) Vita ss. episcoporum Syri et Iventii = *BHL.* 7976, 4619. Dec. 9.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8969, fol. 14-17.

G. (Fol. 92...) Passio S. Pauli papae = *BHL.* 6589. Dec. 10.

Apographum in eodem codice, fol. 71.

H. (Fol. 92v...) Passio S. Eulaliae virg. et mart. = *BHL.* 2700. Dec. 10.

Apographum in eodem codice, fol. 126-127v.

I. (Fol. 102...) Passio S. Platonis mart. = *BHL.* 6866. Dec. 14.

Ex hoc uno codice edita. Cf. *Act. SS.*, Iul. t. V, p. 229, num. 24.

K. (Fol. 105...) <Vita> S. Sturmii conf. = *BHL.* 7924.

Cf. cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 357.

L. (Fol. 110...) Vita S. Adelheidis reginae = *BHL.* 64. Dec. 17.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8976, fol. 58-61v; cf. etiam cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 357. — Deest epistula.

M. (Fol. ...) Miracula eiusdem Adelheydis reginae = *BHL.* 65.

Apographum in eodem codice, fol. 61v-63.

N. (Fol. 118...) <Vita> S. Gregorii Traiectensis ep.

Recensetur in cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 357, tamquam quae « hic mutila » inventa sit. — Ut videtur Vita *BHL.* 3681, eadem quae legitur in codice Monasteriensi 353[12] (supra, p. 273). Vid. *Act. SS.*, Aug. t. V, p. 241, num. 3.

O. (Fol. 143...) Assumptio S. Iohannis apost. et evang. = *BHL.* 4316. Dec. 27. DEC.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8987, fol. $67-68^{v}$.

P. (Fol. 192^{v}...) Vita S. Dalmatii mart. = cod. 353^{13} (cf. supra, p. 276). Dec. 5.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8965, fol. $169-170^{v}$.

Q. (Fol. 193...) Vita S. Barbatiani conf. et presb. = *BHL.* 972. Dec. 31.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8990, fol. $161-162^{v}$. — Inc. *Tempore quo Zosimus papa...*

R. (Fol. 215^{v}...) <Vita> S. Ebrulfi conf.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8987, fol. $234-235^{v}$. — Inc. *Omnipotens Deus inter cetera sanctorum miracula sua divina mysteria per electos monachos non est dedignatus ostendere. Igitur fuit quidam nobilis ab illustribus parentibus ortus* — Des. *saltem consortes eius esse mereamur in caelis, adiuvante Domino...* Cf. *BHL.* 2374 sqq.

S. (Fol. 235...) Vita S. Athalae virg. = cod. 348^{9} (cf. supra, p. 269-70). Dec. 3.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8964, fol. $36-51^{v}$.

T. (Fol. ...) Succincta rythmi[ti]ceque edita B. Autberti vitae descriptio = *BHL.* 862.

Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8972, fol. $297-298^{v}$.

V. (Fol. ...) Vita dominae Iuttae.

De qua in cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 357 « Iuttae inclusae ». — Apographum in cod. Bruxellensi Bibl. Reg. 8950, fol. 189-192. — Inc. *Beata igitur Iutta ex nobilissima Galliae stirpe oriunda generosam secundum saeculi dignitatem duxit genealogiam* — Des. *migravit ad aeterna gaudia, ut praedictum est, XI kal. ianuarii, inclusionis suae anno vigesimo sexto, aetatis vero quadragesimo sexto; ubi et nos eam videre mereamur una cum Christo adiuvante. Amen.*

Praeterea recensentur in cod. 158 Bibl. Bollandianae, p. 357, hae Vitae seu Passiones in tomo mensis decembris olim inventae :

X. Bernwardi ep.

Cf. supra ad mensem novembrem, **N**.

Y. Irminae virg. (Cf. *BHL.* 4471, 4472).

Z. Trophimi.

Annotatum est : « V(id.) Ian ». Et reapse cf. supra p. 288^{46-48}.

AA. Victuricii et Fusciani (cf. *BHL.* 3224-3229).

III. LIBELLI IN INCERTO TOMO LEGENDARIORUM BODECENSIUM OLIM INVENTI

Quamquam omnes infra recensiti libelli haud improbabili coniectura certo alicui volumini Magni Legendarii restitui possunt (1), quia tamen nullo testimonio constat utrum ex parvis legendariis an ex magno exscripti sint, atque insuper saepe vidimus sanctorum, qui aliquo mense coluntur, Vitam in volumine alterius mensis comparere, prudentius nos facturos censuimus, si hic una serie colligeremus Vitas et Passiones quas ex Bodecensi quidem aliquo codice editas vel exscriptas novimus, ex quo autem certo codice ignoramus.

A. <Passio SS. Ananiae, Petri et sociorum> = *BHL*. 399.

Cf. *Act. SS.*, Febr. t. III, p. 491, num. 5; p. 493, annot. *a*.

B. Vita S. Arduini ep. et conf. = *BHL*. 663. Aug. 15.

Edita, collato codice Bodecensi, in *Act. SS.* Cf. Aug. t. III, p. 216, num. 7. — Deerat prologus.

C. <Passio S. Blasii ep.> = *BHL*. 1378.

Ex solo codice Bodecensi edita. Cf. *Act. SS.*, Febr. t. I, p. 332, num. 6.

D. <Vita S. Brigidae virg.> = *BHL*. 1457.

Cf. *Act. SS.*, t. c., p. 101, num. 8.

E. <Passio S. Cethei seu Peregrini ep.> = *BHL*. 1730.

Ex codice Bodecensi praesertim edita.

F. <Vita S. Clarae virg. Assisiensis> = *BHL*. 1815.

Cf. *Act. SS.*, Aug. t. II, p. 740, num. 7, 8.

G. Passio SS. Cyrici et Iulittae matris eius = *BHL*. 1802. Iun. 13.

Ex solo codice Bodecensi edita in *Act. SS.*

H. <Vita S. Deodati ep.> = *BHL*. 2131.

Collato codice Bodecensi, ed. in *Act. SS.* Cf. Iun. t. III, p. 870, num. 3.— Deerat prologus et ultima pars seu num. 22-29.

(1) Puta tomo mensis februarii libelli A, C, D, I, N, P, R, S, X; mensis martii libelli K, L; mensis iunii libelli E, G, H, M, V; mensis iulii libelli O, Q, T; mensis ugusti libelli B, F.

I. <Passio SS. Fuscae et Maurae> = *BHL.* 3222.

Ex solo codice Bodecensi edita in *Act. SS.*

K. <Passio S. Hermetis et S. Balbinae virg.> = *BHL.* 3855.

Ultima pars ex codice Bodecensi edita est in *Act. SS.*

L. <Passio SS. Hilarii ep., Tatiani diac. et soc.> = *BHL.* 3881.

Collato codice Bodecensi, ed. in *Act. SS.* Cf. Mart. t. II, p. 418, num. 1.

M. <Vita S. Landelini ab.> = *BHL.* 4696.

Collato codice Bodecensi, ed. in *Act. SS.* Cf. Iun. t. II, p. 1062, num. 1.

N. <Vita S. Ludani> = *BHL.* 5025.

Ex solo codice Bodecensi edita in *Act. SS.*

O. <Passio SS. Naboris et Felicis> = *BHL.* 6028.

Praesertim ex codice Bodecensi edita. Cf. *Act. SS.*, Iul. t. III, p. 289, num. 47.

P. <Passio S. Phileae ep.> = *BHL.* 6800.

Collato codice Bodecensi, ed. in *Act. SS.* Cf. Febr. t. I, p. 459, num. 2.

Q. <Passio S. Procopii>.

De qua *Act. SS.*, Iul. t. II, p. 555, num. 24.

R. <Vita S. Richardi regis> = *BHL.* 7207.

Ex solo codice Bodecensi edita. Cf. *Act. SS.*, Febr. t. II, p. 70, num. 8.

S. <Vita S. Scholasticae virg.> = *BHL.* 7523.

Ex solo codice Bodecensi edita. Cf. *Act. SS.*, t. c., p. 394, num. 9.

T. <Passio SS. Scillitanorum>.

De qua *Act. SS.*, Iul. t. IV, p. 207, num. 17. (ex passionali p e r g a m e n o...) Exemplar de quo supra, p. 276[41] est chartaceum.

V. Passio S. Ursicini mart. = *BHL.* 8410. Dec. 13.

Cf. *Act. SS.*, Iun. t. III, p. 810-11, num. 4-9, 11.

X. <Miracula S. Waldburgis virg.> = *BHL.* 8765.

Inerat in codice Bodecensi pars dumtaxat libri I. Cf. *Act. SS.*, Febr. t. III, p. 511, num. 4.

IV. LIBELLI EX ALIIS CODICIBUS BODECENSIBUS EXCERPTI

Ut omnia fragmenta, quae supersunt, colligamus, tria hic adiungimus, apographum unum et partem duorum codicum Bodecensium.

In cod. 143 Bibl. Bollandianae servatur apographum a P. Gamans missum desumptumque ex « coenobii Bodecensis... codice pergameno ms. insigni, in magno 4, litt. R initio ».

1. Epistola fratris Rogerii de quadam visione sibi ostensa ad fratrem Raymundum, qui etiam Vitam eius subscriptam compilavit... Vita S. Rogerii de ordine Fratrum Minorum edita a fratre Raymundo = *BHL.* 7289.

In capite codicis miscellanei 172 Bibl. Bollandianae conglutinatus est codicillus chartaceus, foliorum nunc 13 (0^m,145 × 0,108), exaratus saec. XV. Fol. 1 manu saec. XVII : *Monasterii Bodecensis.* Ibidem annotavit Daniel Papebrochius : *Gerardus Magnus obiit 20 augusti. Gamans.* Unde colligas fragmentum hoc a Gamansio ad hagiographos esse missum.

2. (Fol. 1-6) De venerabili magistro Gerardo Magno ymnus = Chevalier, *Repert. hymn.* 20530.

Non satis accurate ed. ex hoc codice a P. Vanderspeeten, in *Messager des sciences historiques,* 1877, p. 345-54. De homeliis quae fol. 6^v sqq. descriptae sunt, vid. ibid., p. 339-40.

In medio eodem codice miscellaneo insertus est alter codicillus chartaceus, foliorum 6 (0^m,215 × 0,147), exaratus saec. XVI. Fol. 1 : *Monasterii Bodecensis* eadem manu saec. XVII qua in priore codicillo, de quo supra.

3. (Fol. 1-6^v) Vita et conversatio devoti viri fratris Iacobi ad Portam, fratris ordinis Minorum, conventus domus Fratrum Minorum in Basilea.

Superest etiam apographum saec. XVII huius codicilli in cod. 156 Bibl. Bollandianae. — Inc. <E>*o tempore quo beati Francisci fama se undique sparserat atque loca mansionum suis discipulis et eorum sequacibus per universum mundum fundarentur* — Des. *In praemissorum testimonium ego Iohannes appensavi sigillum meum, quod habet Veronicam, scilicet crucem cum facie.* Cf. *Act. SS.*, Oct. t. II, p. 323 F, et Iun. t. IV, p. 66 F; ubi recte annotatum est hanc non tam esse Vitam Iacobi, quam narrationem in qua collecta sint « plurima miracula eo deprecante facta in confirmationem indulgentiae quam vocant Portiunculae ».

APPENDIX

I. Ex Vita S. Leonis IX papae

Vita S. Leonis IX papae Wiberto archidiacono ascripta, ut est inter alia bene multa, quae ad illustrissimum hunc virum pertinent, documentum optimae notae, multotiens inde a saeculo XVII typis mandata est. Plurimum autem abest ut viri eruditi octo qui illam integram et quattuor qui partim tantum ediderunt, conati sint ut, novis adhibitis codicibus, magis magisque genuina Wiberti verba exprimerent. Quidam enim illorum non solum Vitam, sed et annotationes, quin etiam commentarium praevium a primis editoribus sunt mutuati. Sic in editione Suriana anno 1618, apud Eccardum et Hontheimium, Vita, prout a Sirmondo tradita erat, recusa est; Muratorius autem, Bouquet, Migne in Patrologia latina et Watterich eadem, ne verbo quidem mutato, exhibent quae apud Mabillonium leguntur. Qui vir doctissimus, quamquam in observationibus praeviis monuerat sibi Vitae novum exemplar in monasterio Sancti Theoderici Remensis innotuisse, sive incuria quadam, sive quod nullae in hoc codice occurrebant lectiones variantes, Sirmondum fidelissime exscripsit, satisque habuit solis tribus vocibus e suo codice exscriptis, paucas quasdam lectiones varias depromere tum ex Historia Iohannis de Bayon (1), tum ex editione Henschenii nostri (2), ex qua annotationes etiam plerasque desumpsit.

Unde factum est ut Vitae totiens typis mandatae duae dumtaxat nobis praesto sint editiones veri nominis, altera a Sirmondo e codice nescio quo parata, altera ab Henschenio e codicibus duobus, id est ex codice Treverensi Sancti Maximini (iam bibliothecae civitatis Treverensis cod. 453, fol. 181-195, saec. XIII) et ex apographo codicis cuiusdam

(1) *Historia Mediani in monte Vosago Monasterii ordinis sancti Benedicti ex congregatione sanctorum Vitoni et Hidulfi.* Quo in opere saepe saepius verba et sententiae Wiberti proferuntur. — (2) *Act. SS.*, April. t. II, p. 648-65. Voces quas ex *Act. SS.*, deprompsit Mabillonius plerumque non eae sunt editionis sed annotationum. De sua editione sic scribit Henschenius (l. c. p. 642): « Nos eam <Vitam> » pluribus locis auctam et emendatam damus ex duplici codice manuscripto, altero » ex Imperiali monasterio S. Maximini prope Treviros accepto, altero aliunde trans- » misso et forsan ex bibliotheca S. Huberti in Ardenna: ubi scimus extare. » Aliquam difficultatem inde oriri non tacebo, quod in apographo Bollandi successoribus misso et hodieque Bruxellis in bibliotheca regia asservato Ms 7773, fol. 321-331v aperte declaratur : « Eadem haec Vita in Ms S. Huberti, » cum qua et collata est.

qui monasterii Sancti Huberti in Arduenna esse putabatur. Neque tamen omittendum est Watterichio, postquam Vitam e Mabillonio recuderat, in manus venisse codicem Bernensem Ms. Th., 292, olim Mettensem, saec. XI, cuius solas lectiones varias inter prolegomena sua protulit.

Quoniam Wiberti opus momenti est non parvi, operae pretium videtur ut aliquando, adhibitis quotquot reperiri poterunt codicibus, iterum typis emendatius edatur. Ideo exemplaria quae hactenus offendimus hic recensenda censuimus. Sunt autem, praeter Bernense et Treverense superius laudata, codices : Bernensis 24, fol. 142ᵛ-149ᵛ, saec. XI ; Bruxellensis 7773, fol. 321-331ᵛ, saec. XVII ; Einsidlensis 57, fol. 136-214, saec. XII ; Monasteriensis 21, fol. 242-255ᵛ, saec. XV ; Oxoniensis Collegii Iesu, 79, fol. 1, saec. XVII ; Parisiensis Bibl. Nat. lat. 5357, fol. 90-103ᵛ, saec. XIII ; 5149, saec. XV ; 12862, fol. 237, saec. XVII ; N. A. 2288, fol. 144ᵛ-151ᵛ, saec. XV ; Vindobonensis Bibl. Palat. 3662, fol. 133ᵛ-148, saec. XV ; Admuntensis 24, fol. 75ᵛ-84ᵛ, saec. XIII ; Mellicensis M. 4, fol. 217-231, saec. XV ; Sancrucensis 12, fol. 71ᵛ-80, saec. XII ; Vindobonensis Bibl. Palat. 336, fol. 96ᵛ-107ᵛ, saec. XIII ; Zwettlensis 24, saec. XII/XIII (1).

Interea satis nobis erit ex codice Monasteriensi 21, olim Bodecensi, caput quoddam edidisse quod deesse in omnibus editionibus animadvertimus. Vix quidem dubium esse videtur quominus caput illud sit ab ipso Wiberto conscriptum. Nam praeterquam quod stilo cum reliquis optime concordat, vix credibile est cuidam Leonis IX laudatori in mentem venisse ut in opere Wiberti hunc locum insereret, quo et sanctum pontificem aliquando minus recte egisse fateretur, et eundem hac in re tot verbis excusaret. Ceterum in suo prologo Wibertus ipse Leonem quandoque defecisse et se eius culpas non retecturum esse praemonuit : *Numquid vero tantum praesulem protestamur in hac misera vita, quae utique est tota tentatio, sine peccato aliquando vixisse aut vivere, quod nec unius diei infanti valet evenire? Sed quibus est studii divinas virtutes in aliquo homine impressas ad utilitatem aliorum praedicare, peccata hominis, quae iam a Deo tecta sunt, nolint ad eius improperium retegere.* Quod propositum in capite nostro est optime servatum Cur autem illud sit in aliis codicibus praetermissum, non constat. Cum tamen in eo narretur S. Leoni in more fuisse ut suis clericis atque monachis qui ceteris virtute praestabant, humillime ipsorum pedibus provolutus ea revelaret in quibus *a caelibatu seu proposito pontificali aberrasset,*

(1) Quinque ultimi codices, quippe qui Legendarium Austriacum exhibeant, descripti sunt *Anal. Boll.*, t. XVII, p. 24-96. Alium codicem « in Gerardi monte ad S. Adrianum » (Grammont) exstitisse perhibetur a Molano. Cf. *Usuardi Martyrologium* (1573), p. 66, ann. 2.

fortasse aliquis reputans his verbis episcopi incontinentiam quamdam notari, exemplum humilitatis reticendum existimavit, ne pontificis castitas negari videretur. Cum autem accusatio cum excusatione intime cohaereat, illam praetermittere nequivit, quin totum caput abscideret. Quod si verum est, immerito quidem hoc loco haeserit librarius, cum veri sit simillimum illam vocem sensu prorsus alio esse accipiendam. « Caelebs apud hagiographos, » — ut recte monuit P. C. De Smedt (1), — « generali significatione de iis vel » de eorum vita, ni fallor, usurpatur, qui sive sanctitate morum » in terris, sive privilegio status gloriae in caelis, condicionis cor» poreae effectibus et legibus superiores evaserunt. Sic Ravennates » S. Severi episcopi sui, ubi eum compererant eodem tempore » Ravennae adfuisse et Mutinae, *sanctum eius caelibatum* magis » venerati esse dicuntur, eminentem scilicet sanctitatem, qua » meruit a naturalibus legibus immunis esse. Sic S. Guingualoeus » adhuc puer vehementer cupiebat sancti cuiusdam magistri disci» plinae se tradere, *perpetuas inter caelibes affectans ducere* » *choreas* (2), id est inter sanctos sive caelites. » Eodem etiam modo dicitur de S. Wilhelmo eremita Argentoratensi : *Aliquantos vero redditus ibidem acquisivit et, adunatis fratribus Deo devotis, caelibem duxit vitam* (3); nec sensu ab illo diverso eadem vox usurpatur ab auctore Vitae Pirminii episcopi, cum scribit : *Multi quidem conati sunt scribendo vitam actusque sanctorum patrum narrare, qui cunctis terrenis Deo iuvante superatis, iam caelibe vita, de terrenis ad superos evecti, fruuntur in caelis* (4). Demum in ipsa Leonis IX Vita occurrit exemplum, quo evidentissime demonstratur vocem « caelibatum » non pro « virginitate » usurpari, cum de puero adhibeatur : *Nam a primaevo soli Deo placendi cupidus, supra aetatem suam et valetudinem carnem suam cum vitiis crucifigere conatus est, adeo fervens igne divinitatis, ut ab ipsis christiani tirocinii rudimentis putaretur perfectissimus. Denique, ut in praesentia de plurimo eius caelibatu, de columbina innocentia, de serpentina simplicitate, de discreta acrimonia deque matura gravitate in tenera indole taceatur, in tantum semet ieiuniis et vigiliis affecit, ut illud beati Iob etiam historialiter dici possit : « Pelli meae consumptis carnibus adhaesit os meum »* (5).

En iam igitur caput illud, quod post verba *alacer ad domum rediit* (lib. I, cap. 14) in codice nostro legitur.

(1) *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. 44, annot. *a*. Cf. etiam Febr. t. I, p. 84, num. 10, ubi annotatum est : « Caelibatum videtur auctor ponere pro sanctimonia, aut sacer» dotio : uti archimandritam pro archiepiscopo. » — (2) *Anal. Boll.*, t. VII, p. 178, l. 4. — (3) *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. 74 B. — (4) Ibid., p. 34 B. — (5) Lib. I, c. 3.

Hac ergo caelestis magisterii disciplina, temporaliter quidem laboriosa sed perhenniter fructuosa, incessanter eruditus vir docibilis Dei viginti tribus annis Tullensem ecclesiam strennue rexit. Ex quibus vix duobus in suae ordinationis initio, duobus quoque circa suae ad apostolicam sedem translationis, aliqua pace et quiete potitus, ceteris autem in medio, continuatam multimodarum et gravium tribulationum seriem fuit expertus et perpessus. Quarum iugi incursu concussus, non est mirandum nec insultandum si aliquando a regia iustorum via aliquotenus ad dexteram vel ad sinistram declinando exorbitaverit, sed mirandum potius et
Cf. *Ps.* 1, 1. gaudendum, quia in via peccatorum non stetit. Neque enim si forte, ut humanum est, interdum a caelibatu seu proposito pontificali aberravit, errorem suum fovit, aut praedicavit, vel defendit aut corrigere de die in diem distulit: sed mox ad cor reversus
Cf. *Zach.* 13, 1. fontem domus David in ablutione peccatricis et menstruatae
Cf. *Ps.* 50, 19. animae patentem impiger adiit, cum sacrificio spiritus contribulati et cordis contriti, quem Deus non sprevit. Tunc quis plene referre valet quanta humilitate, quanta suae auctoritatis deiectione, quanta amaritudine animae suae, quanto lacrimarum diluvio, quantis eiulatibus, gemitibus et suspiriis paene singula illius verba interrumpentibus, sordes conscientiae suae et naevos ipsis quoque subditis suis clericis vel monachis aliquam spiritualium gratiarum dotem praeferentibus revelare non erubescebat? Nec non eorum pedibus advolutus sibique ipsi tantum iratus et indi-
Cf. *Iob* 10, 1. gnatus dimittebat adversum se eloquium suum, consilii eorum et orationis reverenter deposcens sibi praesidium. Nihilominus quandocumque et ubicumque dabatur, episcopis, abbatibus, clericis quoque bonae famae, licet ignotis et peregrinis, aperiebat quicquid sibi de seipso displicebat et solo procumbens flendo et eiulando intercessionem eorum instanter sibi requirebat.

Cuius illi dum attenderent in sui corporis et animi contritione paenitentiam, quantaecumque innocentiae seu continentiae esset,
Cf. *Luc* 15, 7. suam cogebantur despicere vitam, arbitrati super illo uno paenitente angelis Dei maius gaudium esse quam super nonaginta novem iustis qui non indigent paenitentia. Nam qui sunt iusti illi adhuc in hac carne nostra viventes paenitentia non indigentes, cum
Ps. 142, 2. psalmista Domino dicat: *Non iustificabitur in conspectu tuo omnis*
Ps. 13, 1. *vivens*, et: *Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum?* Et
Rom. 3, 23. apostolus: *Omnes enim peccaverunt et egent gloria Dei; iustificati*
Eccle. 7, 21. *gratis per gratiam ipsius.* Salomon quoque: *Non est*, inquit, *homo iustus super terram, qui faciat bonum, et non peccet.* Et cum rex sederit in throno iudicii, quis gloriabitur castum se habere cor, aut mundum se a peccato? Tunc enim, ut beatus Augustinus

testatur: *Vae laudabili vitae hominum, si remota pietate iudicatur* (1).
Unde quisquis cupit iustificari, necesse est in primordio sit accusator sui ipsius, psalmista sic praemonente: *Praecinite*[1] *Domino in confessione*, et per Ysaiam ipso Domino praecipiente: *Dic iniquitates tuas prior, ut iustificeris*. Quibus omnibus evidenter instruimur initium bonorum operum esse confessionem malorum, nec posse quemquam viam iustitiae intrare aut repetere, nisi praemissa malorum suorum confessione, Salomone attestante: *Qui absconderit scelera sua, non dirigetur; qui autem confessus fuerit et reliquerit ea, veniam consequetur*. Ps. 146, 7. Cf. Is. 43, 26. Prov. 28, 13.

Haec itaque et huiusmodi plurima recolens vir ille Deo subiectus, sciensque non esse in homine viam eius, in spiritu humilitatis et in animo contrito a Domino gressus suos dirigi sedulo precabatur. Et delictorum iuventutis suae et ignorantiarum iugiter memor, immemorem illorum fieri Altissimum exigebat, libenter et oboedienter audiens eum pollicentem per prophetam: *Iniquitatum tuarum non memorabor, tu autem memorare*. Unde lacrimis suis creberrime ipsum quoque corporis sui stratum rigando praecordialiter cum David dicebat Domino: *Dele iniquitatem meam, et a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco et peccatum meum coram me est semper. Tibi soli peccavi* et cetera. Siquidem nimirum Bruno Deo devotus antistes, si aliquotiens, ut humanum est, dormitavit aut cecidit, non est collisus desperatione veniae, vel dilatione paenitentiae, seu contemptus salutis suae, quando potius casu suo eruditus, tanto ardentius ac devotius Domino sibi supponente manum exsurrexit, quanto a malis declinando de lapsibus suis adversum se Domino iniustitiam suam pronuntiando, conversionem, planctum et humilitatem paenitentiae nequaquam de die in diem recrastinavit, sed mox humiliter expetiit. Nec ut adversus eum verbum istud iniquum constitueretur, exspectavit: *Numquid qui dormit non adiciet ut resurgat*. Denique septies cadet iustus et resurget, impii autem corruent in malum. Casus enim maiorum, cautela non exemplum debet esse minorum, ut qui stat videat ne cadat. Unde etsi hunc egregium virum interdum demersit <tempestas> aquae seu profundum absorbuit, non tamen prius quam urgeret puteus super eum os suum, emergere laboravit. Siquidem sub nocte huius exsilii nostri, per mare magnum et spatiosum, innumerisque reptilibus pusillis et magnis plenum anhelantes et tendentes ad patriam, ad augmentum periculi

Cf. Ier. 10, 23. Cf. Dan. 3, 39. Cf. Ps. 39, 3. Cf. Ps. 24, 7. Cf. Ecc. 23, 26. Cf. Ier. 31, 34. Ps. 50, 4-6. Cf. Ps. 31, 5. Ps. 40, 9. Cf. Prov. 24, 16. Cf. I Cor. 10, 12. Cf. Ps. 68, 16. Cf. Ps. 103, 25.

(1) *Confessionum* lib. IX, c. 13 (*P. L.*, t. XXXII, col. 778, n. 34).

[1] Incipite *cod.*

necesse habemus transire, vix eluctabili semita inter prosperitatis Caribdim et adversitatis Scillam. Quae inamabilis, dum a se latratibus improbis et continuata saxorum iactura, laboriosos nautas repellit ad captiosam Caribdim, nec mora, impellit, ut haec velut blando fallacis undae dorso delectatos sibique attractos miserabiliter devoret, quos illa a se feraliter deterret. Quae utique sunt illa duo quae laboriosa proponuntur omni christiano; sustinere scilicet quae in hoc mundo putantur mala et continere ab hiis quae bona. Hiis duobus fidelis quisque patriae suae viam, quae Christus est, invenire vel inventam cupiens tenere, mundana patitur multa pericula viae. Quae nunc obsessa adversis, nunc plena secundis, aut frangit trepidos, obligat aut dubios. In quos laqueos currentem ad gaudia vitae non capiet mundus, cui via Christus erit. Quod gaudendum est huic viro contigisse, quia, Cf. *Ps.* 79, 13 etsi aliquando in cursibus mundanis circumventus, regiam viam praetergressus fuit, semper tamen ad eam est regressus. Nec aliquando sic captus ut devictus et hostibus servus esset Cf. *Rom.* 7, 23. addictus. Qui etsi secundum apostolum videbat aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suae, et captivum se ducentem in lege peccati quae erat in membris eius.

II. Praeambulum ad totum legendarium

Cum in duobus tomis, quorum folia insiticia servata sunt, — maium dico et septembrem — idem omnino praeambulum in his foliis descriptum sit, uno dumtaxat loco mutato, quo nomen librariorum et tempus scriptionis indicantur, haud improbabiliter coniecerimus praeambulum illud singulis legendarii voluminibus pridem esse praefixum. En illud.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Incipit liber continens in se sanctorum patrum certamina, ex diversis libris collecta, id est sanctorum apostolorum, martyrum, confessorum, virginum et monachorum vitas et passiones, translationes nec non et corporum inventiones, seu qualescumque eorum memorias sancta mater ecclesia pro aedificatione fidelium pia devotione solet assidue pronuntiare. Hunc itaque librum et alios undecim, forma pares et opere Pater Arnoldus de Holte prior monasterii Sancti Maynulphi confessoris ordinis canonicorum regularium in Bodike colligi, scribi et corrigi fecit pro veneratione Dei, beatae Mariae semper virginis, sancti Maynulphi praefati atque omnium sanctorum, quorum gesta hic comprehendi diligenti studio disposuit,

quatinus eorum suffragantibus meritis aeterna gaudia una cum grege sibi commisso consequi mereatur in caelis. Amen [1].

Finitus [2] est autem liber iste per fratres Iohannem Dulmanie sacerdotem et Hunoldum de Smalenberch professos huius monasterii anno dominicae incarnationis millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono [2].

Quem [3] si quaelibet persona, cuiuscumque conditionis, dignitatis aut nominis fuerit, potestativa vel temeraria manu subtrahere temptaverit, districto iudicio Dei iudicetur in hac vita, ne condempnetur in futura.

III. Codices hagiographici bibliothecae liberi baronis de Brenken in castro Erpernburg

Cum illi quattuor omnino sint atque duos ex iis supra recensuerimus, non ab re erit occasionem oblatam arripere ut reliquos etiam duos hic exhibeamus. Quod eo libentius facimus, quo probabilius est saltem codicem 9 olim monasterii Bodecensis fuisse.

CODEX 7.

Vid. supra, p. 329-36.

CODEX 8.

Vid. supra, p. 280.

CODEX 9 (olim A. 22).

Membraneus, foliorum nunc 56 (0m,259 × 0,184), exaratus saec. XV med. Perierunt folia singula inter folia 16 et 17, 18 et 19, quattuor autem inter folia 17 et 18.

Fol. 1 : *Liber ex Bibliotheca in Erpernburg 1784.*

Pauca quaedam de hoc codice tradidit Max Jansen, *Cosmidromius Gobelini Person* (1900), p. lv-lvi.

1. (Fol. 1-17v) <Vita et translatio S. Liborii> = *BHL.* 4912, 4913.

Folio inter fol. 16 et 17 perdito, deest locus inde ab *ibi tamen ubi corporaliter eorum habentur reliquiae* (= *Act. SS.*, num. 22 med.) usque ad

[1] *Hucusque similiter in tomis maio et septembri.* — [2] (Finitus... nono) *ita in maio ; in septembri autem sic :* Scriptus est autem liber per diversos fratres huius monasterii, scilicet Conradum de Hersfeldia sacerdotem et Anthonium de Lippia diaconum professos. — [3] *Abhinc rursus similiter in maio et in septembri.*

racula. Nam omnia quae sacrum illud iter celesti quodam lumine illustrarunt... ////////// (= ibid., num. 25 sub fin.). — Foliis post fol. 17 perditis, des. mutila : *Pergentes vero ad ecclesiam quamdam in honore sancti Petri* (= ibid., num. 30).

2. (Fol. 18-25) Vita S. Maynulphi diaconi et confessoris post ceteros novissime collecta et edita per venerabilem dominum Gobelinum Persoen decanum Bijlveldiensem = *BHL*. 5883.

Folio inter fol. 18 et 19 perdito, deest locus inde ab *Sed quia omnes isti Saxones militaribus armis* | (= *Act. SS.*, num. 4 post med.) usque ad *triam pro evangelium Christi praedicando et per hoc quod Ulfum...* (= ibid., num. 7 post med.)

3. (Fol. 25-32) Hic sequitur processus translationis et reformationis monasterii Bodecensis = cod. 7[61] (supra, p. 335).

Tum demum subiunctum est : *Explicit Vita sancti Maynulfi diaconi collecta et edita per venerabilem virum dominum Gobelinum Persoen decanum Bijlveldiensem.*

4. (Fol. 32-44v) Vita S. Maynulfi per Sygewardum compilata = *BHL*. 5881.

5. (Fol. 44v-47v) Vita S. Monicae matris S. Augustini tracta ex nono Confessionum et ex duabus epistulis quas idem Augustinus scripsit sorori suae, nomine Perpetua<e>, virgini praepositae seu priorissae monialium = *BHL*. 5999.

